na anime. q̄d eſt illud dulce qđ i
dei recordacōne aliq̄n me tangere
ſolet ⁊ tam vehemēter ⁊ tam ſuauit̄
afficere vt iā tota alienor ⁊ neſcio
quo abſtrahi incipiā. ſubito em̄
innouor ⁊ bn̄ mihi eſſe incipit vl
tra ꝙ̄ dicere ſufficiā. Exultat ani⁹

cor illuminat̄. deſideria iocūdant̄
In memoriā venit omniū p̄terito
rū dolor ꝑpeſſio ⁊ neſcio vbi ſuz.
Aug⁹. Aliq̄n introducis me domi
ne in affectū multum inuſitatū in
trorſus. neſcio in quā dulcedinez.
que ſi pficiat̄ in me. neſcio quid
erit vita eterna ſi iſta nō eſt Bern
h. guſt⁹ ille nihil aliud q̄n irrita
mentū deſiderij ⁊ incētiuū amoris
ſicut ſcriptū eſt. qui edūt me ad
huc eſuriēt: ⁊ q̄ bibūt me adhuc
ſitient. Os meū apio ad te domine
⁊ attraho ſpū m ⁊ nō nunq̄ ocul
clauſis ad te inhiāti mittis michi
in os cordis qđ non licet mihi lo
qui q̄d ſit. Saporem quidez ſencō
⁊ dulcedine adeo cōfortantem vt ſi
pficeretur in me nihil vltra q̄rerez
Aug⁹. Bibēt de torrente voluptatis
cuius vna gutta maior ē occeano
qui ſemel q̄ntum poſſibile eſt pſe
cte guſtauerit. reſtat vt in eo ōnis
ſitis ſecularis extinguat̄. Bernh.
Si vna gutta eterne dulcedis tantū
inebriat ꝙ hō vbi ſit neſciat. quid
erit i regno celorū vbi bibem⁹ de fō
te dulcedinis toti⁹ influētie ſine ſi
ne. ⁊ ſic pȝ de primo. Scđo ꝯſolabit̄
dn̄s in futuro gaudio eternali. Jo. x
vi. Iterū videbo vos ⁊ gaudebit cor
veſtrū Illud gaudiū ꝯmendabile
eſt a trib⁹. Primo: qꝛ plenuȝ ſine
defectu. Secūdo: qꝛ puruȝ nulla tri
ſticia permixtū. Tercio: qꝛ ꝑpetuū
⁊ nunq̄ terminandū de pleitudi
ne dicit̄. Deut. viij. Omniū rerum
abūdantia pfrueris. Judicū. xiiij
Tradet vobis deus locum vbi nul
lius rei erit penuria Greg. Que lin

gua dicere aut q̄s intellect⁹ capere
ſufficit q̄nta ſint illa ſupne felicita
tis gaudia. Anſelmus. Ibi erunt
gaudia corpis ⁊ aīe qualia nec
ocul⁹ vidit nec auris audiuit nec
cor hominis cogitauit. ſm omnem
ſenſum erit ſufficiētia cōpetentiū
cōmodorum ſine omni indigētia
Ide. Quid p multa vagaris o ho
mo querēdo bona anime tue ⁊ cor
dis tui. Ama vnum bonū in quo
ſunt ōnia bona ⁊ ſufficit. Quid enī
amas caro mea. q̄d deſideras ani
ma mea? Ibi enim eſt quicquid
amas quicquid deſideras. Si dele
ctat pulchritudo. fulgebūt iuſti ſi
cut ſol Si ſana ⁊ ſalubris vita Ibi
eſt ſana eternitas ⁊ eterna ſanitas.
q2 iuſti in ppetuū viuent Si melo
dia. Ibi angelorū chori ꝯſonāt ſi
ne fine. Si voluptas de torrente vo
luptatis ſue potabit eos de⁹ Si ſa
piētia. Ipſa dei ſapiētia oſtendit
ſeipſam eis. Si amicicia. diligēt de
um pluſq̄ ſeipſos ⁊ inuicem tanq̄
ſeipſos ⁊ deus illos pluſq̄ ipſi ſeip
ſos. Si concordia omnib⁹ erit vna
volūtas: q2 nulla illis erit niſi dei
ſola volūtas. Si omnipotētia. Om
nipotētes erunt ſue volūtatis vt de
us ſue. Nam ſicut deus poterit qđ
vult p ſeipſum Ita poterūt illi qđ
volūt p illū. Si diuitie ⁊ honores
deus ſuos ſeruos ſupra cōſtituet
imo filij ⁊ dij vocabūtur ⁊ erunt.
Si ſecuritas. certi erūt q2 nunq̄ et
nullaten⁹ illud bonū deerit in futu
rum. Secūdo ꝯmēdabile eſt regnū
celoꝝ: q2 purū ⁊ non pmixtū aliq̄
triſticia. ſicut p̄ſens gaudiū mun

di: q2 hic riſus dolore miſcebitur
ſic nō erit ibi Apoc. vij. Abſterget
deus omnē lacrimā. ⁊c. pſa. lxv.
Obliuiōe tradite ſūt anguſtie pri
ores. Bern. Ibi erit req̄es a labori
bus. pax ab hoſtibus Amenitas
de nouitate. ſecuritas de eternitate
ſuauitas atq3 dulcedo de eterna dei
viſione. Et quis nō illic vehemen
ter habitare deſideret ꝓpter pacem ꝓ
pter amenitatē ⁊ eternitatē. ꝓpter
dei viſiōem Aug⁹ Erit ciuitatis illi⁹
vna in omnib⁹ ⁊ inſepabil' in ſin
gulis volūtas libera. ab omni ma
lo liberata ⁊ ōni bono impleta. fru
ens indeſinēter eternorū iocūdita
te gaudiorū. oblita culparū. nec
ideo tamē ſue liberacōis oblita vt
liberatori ſuo ſit ingrata Quātum
autē attinet ad ſcientiā racōnalē
memor eſt p̄teritoꝝ maloꝝ ſuoꝝ
Quātū autem ad experientē ſen
ſum: p2ſus immemor Tercio gau
diū celi eſt ꝯmēdabile: q2 eternū
ſine fine pmāſurū. pſa. xxxv. Leti
cia ſempiterna ſup capita iuſtorū
⁊ ſup mentes ipſoꝝ Jo. xvi. Iterū
videbo vos ⁊ gaudiū veſtrū nemo
tollet a vobis. Greg. Merces que
ꝓmittitur adeo magna eſt q̄ neq̄t
eſtimari. adeo multa q2 nequit cō
pari. adeo diuturna q2 neq̄t nume
rari Aug⁹ Ipſe finis erit noſtroꝝ
deſideriorū qui ſine fine videbit. ſi
ne faſtidio amabit. ſine fatigacō
ne laudabit hoc mun⁹ hic affectus
hic actus perfect⁹ erit ōmb⁹ ſicut
ipſa vita eterna cōis. Ad quam
nos ꝑducat. ⁊c.

# Sit õnis homo

velox ad audiẽdũ tardus
ad loq̃nduz. Jacobi.p̃. Btũs iaco
bus docet nos in verbis ꝓpositis
cõpeſcere linguaz a multiloquio.
Nam de õni verbo ocioſo q̄d locu
ti fuerint homĩes ſup terrã reddẽt
racõem in die iudicij ſicut dicitur
Math.xij. Sciendu3 ꝙ loquẽs de
bet attẽdere quatuor. primo quid
loquatur. ſecũdo cui loquat̃. tercĩo
quãdo loquatur. quarto quomõ
loquat̃. Primo quid loquat̃ attẽ
dere debet. Debet autẽ loqui de deo
⁊ non que ſunt cõtra deum. p̃. Pe
tri.iiij. Si q̃s loquit̃ quaſi ſermo
nes dei. ⁊ quicũq₃ voluerit loqui. lo
quat̃ de deo ⁊ non que ſunt cõtra
deum. Eph.iiij. Omnis ſermo ma
lus ex ore tuo nõ ꝓcedat: ſ₃ qui bo
nus eſt ad edificacõem vt det gra
tiam audientibus. Jero⁹. p̃ciosa
lingua que nõ niſi de diuinis rebus
nouit verba cõſtruere ⁊ ſanctũ os
vñ celeſtia eloquia ꝓferũtur. Jdo
caue ne quid loq̃ris q̄d veniat in
repreh̃enſiõem. lapis emiſſus eſt
ſermo ꝓlatus. qua ꝓpter diu cogi
tandũ eſt anteq̃ ꝓferat̃. Job.xxi.
Supponite digitum ori veſtro. q̃ſi
diceret. Claudite os veſtrũ ⁊ cogi
tate q̃d loqui debeatis. Os enĩ q̄d
ſemp ſtat aptum ad loquẽdum.
eſt ſicut vas ſine cooptorio hoc ei
cito coinq̃nabitur. Nũi.xix. Vas
q̄d non habuit coopculũ ⁊ liga
turam deſup immũduz erit. Exem
plũ legit̃ in vitas patrũ ꝙ quidã
ſanct⁹ tulit tribus ãnis lapidẽ in
ore vt aſſueſceret ſilentiũ. Secũdo
debet attẽdere homo cui loq̃tur. Ec
cle.xxij. Cũ ſtulto non multũ loq̃
ris. puer.xxvi. Nõ rñdeas ſtulto
ſcḋm ſtulticiã ſuaz ne ſibi ſimilis vi
dearis. Et ibidẽ dicit. Reſpõde ſtul
to ſcḋm ſtulticiã ſuam ne ſibi ſapi
ens videatur. Quomõ autẽ ſtulto
ſit reſpõdendũ dicit gloſa. Quidã
ſunt ſtulti qui õmino ſunt incorri
gibiles qui q̃to plus arguuntur
tanto peiores efficiũtur. talib⁹ nõ
eſt reſpondẽdum. vnde domin⁹ reſ
pondere noluit herodi nec pilato.
Quidã autem ſunt corrigibiles ⁊
hoc dupliciter: vel p ſuauẽ reſpon
ſionem vel p auſteram: ⁊ talibus
eſt reſpondẽdum ſcḋm ſtulticiã ſuã
⁊ ſcḋm ꝙ eorũ ſtulticia requirit. qñ
q₃ ſuauiter qñq₃ auſtere. puer.ix.
Noli arguere deriſorẽ ne oderit te
argue ſapiẽtẽ ⁊ diliget te. puer.
xvij. Plus ꝓficit correptio apud
ſapientẽ q̃ ſeptem plage apud
ſtultũ. Exemplũ Johes arguebat
herodem ⁊ ideo eũ incarcerauit ⁊ de
collauit. Math.xiiij. Et de talib⁹
dicitur puer.xxix. Viro qui corri
pientẽ ſe dura ceruice cõtemnit re
pentin⁹ ei ſupueniet interitus ⁊ eũ
ſanitas nõ ſeq̃tur Eccĩ.xix. q̃ odit
correctiõem minuetur vita. Quid
autẽ circa tales faciendũ ſit docet
dñs Math.xviij. Argue frẽm tuũ
ſi te non audierit. ⁊c̃. ſit tibi ſicut
ethnicus ⁊ publican⁹ Re. feria.iij
ante letaẽ Tercĩo debet attẽdere ho
mo qñ loq̃tur. eſt enĩ temp⁹ loq̃n
di ⁊ temp⁹ tacendi. vt patz Eccle.

iiij. Ihero⁹ ſit ſermo tu⁹ mō deſtus
a ſuo tempe pferendus. Raban⁹
Si loq̄ delectat puideat vt matia ſit
honeſta locis cōgru⁹. ſermo bre
uis. verbū aptū z debito tempe
prolatū. ſicut dicit Ecci. xx. Ex ore
fatui reprobat palola: qr non di
cit eā debito tempe. q. d. lz aliqn̄
ſtult⁹ dicat ſermōem verum tn̄ re
probat. ex eo qr non dicit eū debi
to tempe. Debet ergo valde diliḡ
ter attendere debitū tempus a nō
pri⁹ loqui q̄ optet. Ecci. xxxij. Ado
leſcens loquere in cauſa tua vix: a
ſi bis iterrogat⁹ fueris. habeat ca
put reſponſum tuū. hoc eſt ɔtra il
los qui pri⁹ reſpondent q̄ interro
gātur. Qui indiſcrete loq̄tur eſt ſi
milis ciuitati q̄ eſt ſine muro. pu.
xxv. Sicut vrbs patēs ſic qui non
pt loquēdo cohibere ſpūm ſuum.
Itez eſt ſicut dom⁹ ſine oſtio. que
ſine cuſtodia eſt quā intrat q̄cun
qz vult. Ps. Pone dn̄e cuſtodiaz
ori meo a hoſtium circūſt antia la
bijs meis. puer. xiij. Qui cuſtodit
os ſuū cuſtodit aīam ſuā: qr mors
a vita in manib⁹ lingue. Exemplū
in adoleſcente q̄ gloriabat interfe
ciſſe ſaul. cui dixit dd. Os tuū lo
cutū eſt ɔtra te a ſtatim fecit occi
di eū. Nota hyſtoriā. ij. Re. p. Itēo
debet homo attēdere quomō loq̄t.
Col. iiij. Sermo veſter ſemp in gr̄
cia ſit ſale conditus vt ſciatis quō
opteat vniciuiqz loqui. Iſtū ſalem
accepit homo ante baptiſmū qn̄
dicitur ſibi. Accipe ſalem ſapiētie
ac. Si ergo ſcis cōdire pulmenta
tua. quare non ſcis cōdire verba

tua: Aug⁹. Eligis cibos q̄s come
dis a cur non eligis verba que lo
quaris: Eccle. v. Ne temere q̄d lo
quaris a cor tuū non ſit velox ad
loquēdum ſermōem. Greg⁹. Ob
ſecro diſce qualiter debeas vnicui
qz loqui. Rabanus. Loqui ante q̄
didiceris pſumpcōnis eſt. ſubuer
ſio ſcripture. error moris deſtructō
fidei. diſſipatio religionis. turba
tio pacis deceptio ſimpliciū. indi
gnatio pitoꝝ. nihil incorrigibili
us inter frēs. nihil intolerabilius
int ciues. nihil piculoſi⁹ inter mili
tes. nihil turpius inter honeſtos.
yſido. Qua depdita eſt loq̄ndi eſt
racio q̄ vel bonū bene vel malū ſiue
bonū male. vel malū bene pfertur
Bonū quippe bene loq̄tur. qui ea
que recta ſunt hūiliter annūciare
videtur Malū loquit male qui qd
libet viciū ſuadere conatur. Bonū
male loq̄tur qui q̄dlibet rectuz ar
rogāter pdicare ſentitur Malū be
ne loq̄tur qui aliqd viciū narran
do deteſtat: vt ab hoc hoīes auer
tant. Ihero⁹. ſemp linguā tuaz de
bonis loqui aſſueſce a auditū tuū
ad bonoꝝ magis laudē q̄ ad ma
loꝝ vituperatiōem accōmoda. Yſi
dorus. Diſce bene loqui corde ore a
ope. Corde bene loquit qui carita
tem nō ſimulat. Ore bene loquit
q̄ alios docet a manſuete corripit
Ope bene loq̄tur q̄ alios bonis ex
emplis edificat. Corde male loq̄t
qui interius cogitacōes noxias a
meditacōes meditatur. Ore male
loq̄tur qui p eo qd male agit fla
gellatur a murmurāt. Opere male

loq̄tur qui male viuēdo exēplis ſu
is alios ad ꝑue agend̄ informat.
Exemplū de male loquētibꝰ refert
gregꝰ in dyalogo. Hō quidā hñs
filium q̄nqꜫ annoꝝ quē valde dili
gēs docuit turpiť loqui ⁊ male q̄
tiens aīo ſuo aliq̄d obſtitiſſet q̄
dā die cū pater teneret eū in bra
chijs ⁊ male loq̄ret vidit demōes
venientes. Et clamauit. O pať nam
⁊ demōes veniūt ⁊ volūt me tollē.
qd cū dixiſſet arreptꝰ ē a dyabolo
⁊ viuus deductꝰ eſt in infernū.

De eodem F. lxxxv.

Cum autē vene
rit ille ſcȝ ſpūſſanctꝰ argu
et mūdum ⁊ mūdi amatores vel
mūdanos pctōres de pctō qd cōmi
ſerūt de iuſticia quā obmiſerunt
de iudicio qd non timuerūt. Iob.
xvi. In hijs v̄bis deſcribiť effectꝰ
ſpūſſancti venientis ad cor hominis:
qꝛ arguet ⁊ reprehendet hominē de
cōmiſſis ⁊ obmiſſis. Sciendū au
tē q homo habet arguētes. ſ. ꝓpri
am cōſcientiā. deum ⁊ hominē ⁊ ꝓ
ximū. Primo arguiť homo a pro
pria cōſcientia ꝑ remorſū peccati.
Ihere. ij. Arguet te malicia tua ⁊
auerſio tua icrepabit te: ⁊ ſeq̄tur
Vide q̄ȝ malū ⁊ amarū ſit te dereli
quiſſe dn̄m deū tuum. Yſido. Nul
la pena eſt grauior mala ꝯſciētia
vis autē nunq̄ȝ eſſe triſtis. bene
viue. Qui autē male viuit ſemper
turbatam habet conſcientiā ⁊ ver
mem intus rodentē. licet foris leta
videatur. De bonis autem eſt cō

trariū. Richardꝰ. Bona cōſcientia
nichil eſt iocūdius. Reſp. in dn̄ica
iij. pꝰ paſcha in f. triſticia veſtra.
Secūdo habet homo arguentē deū
q̄ arguit tripliciter. ſ. verbo. facto
⁊ ſigno. Arguet enī verbo ſcripture.
Nam ſacra ſcriptura eſt quaſi ſpe
culū pctōri. omnes maculas ſuas
vt abluat ⁊ abſtergat. ij. thimo.
iij. Omnis ſcriptura diuinitus inſpi
rata vtilis eſt ad docendū. ad ar
guendū vt pfectꝰ ſit homo: ad oē
bonū opus inſtructꝰ: ſȝ quidā ſūt
ſimiles ſerpēti qui obturat aures
ſuas ad vocem incātatoris. ſic ipſi
obturāt aures ſuas ad vocem p̄di
catoris ⁊ nolūt audiē q arguant
ſicut iudei qui cōtinuerūt aures ſu
as cū eis beatus ſtephanꝰ ſcriptu
rā ſacrā p̄dicaret vt habeť Actu.
vi. Exemplū. Quidā princeps erat
p̄do nunq̄ȝ volens ꝯfiteri. quē cum
vxor ſua moneret vt ſe emēdaret.
Reſpōdit. credis q infernꝰ ſit. ne
quaq̄ȝ. p̄dicatores p̄dicant talia
vt homies terreāt ⁊ munera acci
piant. Quadā nocte demōes eum
rapiūt ⁊ ad infernū deducūt. Qd
videns vxor ſua oracōi ſe dedit ro
gans deū vt de ſtatu ſuo reuelaret
ſibi. Et ecce mane inuenit corpus
viri in lecto exuſtū vt carbonem ⁊
in manu eius lrām i qua erat ſcp
tū. Nō certꝰ ſū de eo qd predicato
res p̄dicant ⁊ certꝰ ſum q infernꝰ
eſt in quo in eternū cruciabor. Itē
arguit dominꝰ facto. ſ. flagellando
ſicut pater filiū ſuum. ꝑ infirmita
tes ⁊ aduſitates. Heb. xij. Noli ne
gligere fili mi diſciplinam patris

tui· neq̧ fatigeris cum ab eo corri/
peris De⁹ em̄ omnem filiū quem
recipit flagellat ⁊ corripit. Apoc.
iij. Ego quos amo arguo ⁊ caſti/
go. Gregori⁹ Ideo hic domin⁹ qui
buſdam pcit vt eos in ppetuū fe
riat. Ideo hic ferit nō parcēdo vt in
eternū parcat Electi ergo quādoq̧
timēt· ne vltio que ſuſpenditur in
fine grauior ſeruet̄· feriri paterna
correctōne deſiderant· ⁊ dolorē vul
nerum ſalutis medicinā putāt Ex
emplū Quidam ſanctus pat̄ erat
qui ſolebat ſingulis ānis infirma/
ri· vno anno cum non infirmaret̄
ↄtriſtatus eſt dicēs· Nō dominus
oblitus eſt mei ⁊ ſtatim infirma/
tus eſt· Item arguit dn̄s ſigno vl̄
exemplo quādo ſcʒ homini oſtēdit
qualiter alios flagellauerit· ſicut
fur arguit̄ cū ei patibulū oſtēdit̄
pſ. Arguā te ⁊ ſtatuam te ↄtra fa/
ciem tuaʒ· q· d· Oſtendā tibi malo/
rū penam vt n̄ cōmunices eis. Ad
ephe· v· Nolite ↄmunicare opib⁹
infructuoſis tenebrarū ſʒ poti⁹ redar/
guite. Qʒ autē dn̄s peccatores pu/
niuit ptʒ in multis· in pharaone·
in ſodomitis· i vitulo aureo· i ſena/
cherib· Qualiter aūt dn̄s puniuit
decem preceptorum trāſgreſſores
Require ſup̄ in epl̄ia in ſermone·
Vbi eſt qui nat⁹ eſt· Tercio habet
homo arguentē pximū ſuuʒ Vult
em̄ dn̄s vt hō arguat pximum ſuū
delinquentem Mat̄· xviij· Si pecca/
uerit in te frat̄ tuus vade ⁊ corripe
eū int̄ te ⁊ ipʒ ſolū. ſi te nō audierit
adhibe tec̄ vnū vel duos teſtes· ſi il/
los non audierit dic eccleſie· ⁊ iudi/
cibus ecce· ſi nec illos audierit ſit
tibi vt ethnicus ⁊ publican⁹ Req̄
re feria ſecūda ante letare· De iſto
etiā dicit̄ p̄· Theſſ. v· Roga⁹ vos
corripite vos frēs inquietos· De
bem⁹ aūt corripere pximos dupli/
citer ſcʒ cum caritate ⁊ miſericordia
De p̄mo dicit̄ yſa· xi· Egredietur v̄
ga de radice ieſſe· ieſſe interpretatur
incendiūʒ· de incendio amoris debʒ
pcedēre v̄ga correctōis. ij Thimo.
ij· Seruum dei oʒ eſſe patiētem cū
modeſtia corripientē· Sʒ quidam
ſunt qui non corripiunt ex carita
te ſed ex inuidia ⁊ rācore Eccl· xix
Eſt correctō mendax in ira ↄtume/
lioſi· ij· Theſſ· iij· Nolite quaſi ini/
micū exiſtimare illuʒ ſed corripite
vt fratrem Sic iudei corripiebant
iheſuʒ ex inuidia qꝛ in ſabbato ho/
mines curabat Inuidebant emʒ ei
qꝛ talem poteſtatem habebat. Se/
cūdo debemus corripere ⁊ arguere
pximum ex miſericordia· Quia di/
cit Aug⁹· In quātū eſt homo debe⁹
miſereri· in qn̄tum peccator debe⁹
corripere. pſ· Corripiet me iuſtus
in miſericordia et increpabit me
Gregorius Omnipotens deus id
circo principem apoſtolorū pmiſit
cadere vt in culpa ſua diſceret qua
liter alijs deberet miſereri Gal̄· vi
Frēs ſi p̄occupat⁹ fuerit homo in
vno delicto inſtruite huiuſmodi
in lenitate ſpiritus ſalutē ⁊ veniam
pmittēdo Conſiderans teipſum ne
⁊ tu q̄uis vite ſpūal'· tamē ex car/
ne tēpteris Nihil em̄ ſic ad miſeri
cordiam inclinat ſicut pprij pericu
li cogitatio· Exemplū Frater q̄dā

impugnatus ſpiritu fornicacõnis
cuidam ſeni confeſſus eſt qui non
benigne corripuit euʒ ſed dixit ſe
indignū vocare monachuʒ qui ſic
temptatur. Ille auteʒ deſperans re
licta cella redijt ad ſeculuʒ. Diſpoſi
cõe aūt diuina occurrit ei abbas
appolonius q̄ q̄ſita cā fugiendi ꝯſo
latus eſt eū dicēs. Ego etiā in hac
etate valde hmōi temptatus tem p
tacõib9 ꝛ cogitacõibus fui. reuẽ
ſuſq; ille ad cellā ſuā. tūc appolonius
orauit deū vt frater ille qui eū ſine
miſericordia corripuerat tēptaret
ꝛ iſte liberaretur. Et vidit quēdam
ethiopem extrahētem ſagittas d
iuniori et mittenteʒ in ſeneʒ. Senex
aūt adeo eſt temptatus ꝙ non po
terat ſe ꝯtinere quin eadem via ip
ſe etiā rediret ad ſeculū. Cui occur
rit appolonius dicens. Reuertere i cel
lā tuā ꝛ recognoſce fragilitateʒ tuā
ꝛ cõpatere cum proximis ꝛ oracõne
ſcā liberatus eſt a tēptatione

Dominica .v. f. lxxxvi.

# Si quis putat
ſe religioſū eſſe non refre
nans linguam ſuā. ſed ſeducēs cor
ſuū. huius vana eſt religio. Iaco.
p. In iſtis verbis docet nos btūs
iacob9 refrenare linguas noſtras
ꝙ i indiſcreta locucõne mlta mala
ꝯtingūt. Prouer. xiij. Qui cuſtodit
os ſuū cuſtodit animā ſuam. quia
mors ꝛ vita in manib9 lingue. Sciē
dū ꝙ linguam nrām pncipaliter
refrenare debemus a tribus ſcilʒ
a detractionibus a mendacijs ꝛ a
piurijs. De pmo ſciēdū ꝙ detracti
ones vitare debem9 ꝓpt mlta. Pri
mo ꝙ ſacra ſcriptura phibet i mlt
tis locis. Leui. xix. Surdo ne male
dicas glō. Surdo maledicit q̄ abſe
ti detrahit qd valde impiuʒ eſt cū
ipſe non audiat vt cõtra obiecta
aliquid poſſit reſpondere. Et ſapi.
p. cuſtodite vos a murmuracõne
que nl prodeſt ꝛ detractione par
cite lingue. Scdo ꝙ detractor eſt
maledictus a dño Ecci. xxviij. Su
furro ꝛ bilinguis maledict9. mul
tos enim turbauit pacē habentes.
hoc figurauit dñs Numeri. xij. qñ
mariā ſororeʒ moiſi lepra pcuſſit
que moyſi detraxerat et iuſſit eaʒ
ſepari ex caſtra. ſic ſepabūt oms
detractores a cõmunione btōrum
Tercio ꝓpt vicij vilitateʒ. detractor
enim peior ꝛ vilior eſt fure. Amb.
Tolerabiliores ſunt fures qui ve
ſtes ꝛ alia bona diripiūt ꝙ detra
ctores qui famā nrāʒ lacerant. Cu
ius racõ poteſt eē. ꝙ dicit Ecci. vij
Qꝛ meli9 eſt nomen bonū ꝙ diui
cie multe. vnde q̄ alicui aufert no
men bonū .i. bonam famā plus no
cet ei ꝙ ſi multa bona tempalia au
ferret. ꝙ bona tempalia poteſt ho
mo recupare. famam bonam raro
pōt recupare in tota vita ſua. vnd
Symō leproſus poſtꝙ fuit curat9
a lepra ſemp ſimon leproſus dice
batur. vnde hoies multuʒ deberent
a detractōib9 cauere. ꝙ vno verbo
poteſt alteri auferre honorem ꝛ fa
mā ſuaʒ quā mille verbis non pōt
recupare. Quarto debemus vitare
detractiōes ꝙ detractō facit hoieʒ
ſilem beſtijs. Vn detractor pmo ſi

milis eſt cani Eccl. xxix. Sagitta in
fixa femori canis. ſic verbū in ore
ſtulti Canis habēs infixam ſagit
tam femori nō requieſcit donec re
mota fuerit. ſic detractor quieſcere
nō poteſt donec verbū mali quod
d primo ſuo audiuit referat alteri
Et qd prius eſt ſepe de ſuo aliquid
addit. et aliqñ detractores peiores
ſunt canibꝰ Canis enī nō comedit
carnes alteriꝰ canis ſ3 detractor co
medit primū ſuū. Gre. Qui aliena
detractōne paſcit. procul dubio alie
nis carnibꝰ ſaturat. Vñ quidam
ſctūs abbas in vitaſpatrum dixit.
Melius eſt in q̄dragesima carnes
animaliū comedē q̄ p detractiōes
et vitupacōes comedē carnes fra
tꝝ. Secūdo detractor ſimilis eſt por
co Porcus ſi ortū intrauerit et ex
vna pte videat flores et ex alia pte
ſtercora citiꝰ currit ad ſtercora q̄
ad flores. Sic detractor ſi viderit vl'
audierit de aliq̄ bona et mala. ſtatī
reuelat mala et bona nō curat reue
lare. Iſti os ſuū ad modū porci in
quinati nō curant. q3 relictis flori
bus virtutū ad ſtercora pctōrū
currunt ipſa maſticādo. Tercio de
tractor ſimilis eſt ſerpenti. Eccl. x.
Si mordeat ſerpēs in ſilencio. nihil
eo minꝰ habz qui occulte detrahit
Serpens mordet hominē in occul
to ſed fugit in manifeſto. Sic detra
ctor mordet et rodit hominem poſt
tergū ſuum. ſed in p̄ſentia ſua nō
audet loqui quicq̄. Quarto detra
ctor ſimil' eſt vrſo. vñ Danielis. vi
Daniel vidit in viſione ſua i nocte
quatuor beſtias aſcēdentes de ma
ri quarum vna ſimil' erat vrſo et in
ore eius erāt tres ordines dentium
Per vrſū qui libent' tingit ſangui
nem ſignificat' detractor qui alioꝝ
pctā libenter maſticat recitando.
Tres ordines dēcium ſunt triplex
modꝰ detrahēdi Primꝰ eſt q̄ quic
quid boni ſciūt de homine hoc ſub
ticent et occultāt ne homo ſup hoc
cōmēdetur Secūdus eſt q̄cq̄d mali
ſciūt cū gaudio r̄ſerūt et augmētāt
vt hō eo magis vituperet'. Terciꝰ
q̄ detractōnes libenter audiunt et
nō excuſant Bern̄. Qui detrahit vl'
detrahētem audit quis horum dā
nabilior ſit non facile dixerī. pari
enim reatu tenent'. Vnde puerbio
rum iiij. Labia detrahentium ſint
procul a te. Eccl. xxviii. Sepi aurēs
tuas ſpinis et noli audire linguā
nequam Iheronimus. Nemo inui
to auditore libenter narrat. vnde ſi
detractor non haberet audientes
non de facili detraheret Prouerb.
xxv. Ventus aquilo diſſipat plu
uias. Et facies triſtis linguam de
trahentem. quia ſi detractor vide
ret audientē contriſtari. continuo
ceſſaret a detractionibus. Quinto
detractor ſimilis eſt marino mon
ſtro quod habet gladium in ore
Gladius enī eſt lingua detracto
ris pſ. Lingua eorū gladius acu
tus Bernardus. Gladius triceps
lingua detractoris. Nec huiuſmo
di linguam mucrone illo quo latꝰ
dominicum confoſſum eſt et crude
liorē dicere verearis. fodit hic cor
pus criſti ſ3 corpus exanime. ſ3 lin
gua detractoris nec iam examine

fodit ſ examine facit· ipſis ſpinis
et lancea nocētior eſt quibus eum
iudei infixerunt· Gladius iſte dici
tur triceps· qꝛ tres interficit vno
ictu ſcꝫ illum cui detrahitur ⁊ illuꝫ
qui detractōnes audit ⁊ illū qui de
trahit· Pſal· Gladius eorū intret
in corda eorꝫ Gladius iſte figura
tur p gladiū Joab quē occulte ha
buit ſub pallio ſuo ⁊ accedens ad
amaſan ſalutauit eū dicēs Salue
mi frater ⁊ manu vna tenens men
tum eius quaſi oſculando eū· alia
manu extrahens gladiū illo non
aduertente interfecit ſiue pfodit
eum· Nō hiſtoriam· ij· Regum· xx·
Sic detractores arrident hominez
i pñcia ⁊ quādo minime aduertit
pungūt eum gladio lingue ſue de
trahendo Gladius ille multo noci
uior eſt ferreo gladio· qꝛ gladius
ille tm̄ ledit preſētem· iſte abſētez
aliquū p quadraginta vel centū mi
liaria ⁊ nō ſolū malos ſed etiā bo
nos ledit· pſal· Gladiū euaginaue
pctōres vt trucidant rectos corde
ſcꝫ iuſtos ⁊ ſāctos ⁊ non immerito
Criſto em̄ detraxerūt qū vixit· Jo·
vij· Quidam enī dixerunt de ihesu
quoniā bonꝰ eſt· alij autē dixerūt
non ſed ſeducit turbas· Mat· xij·
In beelſebub pncipe demoniorū
eicit demonia· vñ Joh· xv· Si me
pſecuti ſūt ⁊ vos pſequētur Mat·
v· Beati eſtis ſi maledixerint vobis
homines ⁊ dixerint omne malum
aduerſum vos mentientes ꝓpt me
gaudete ⁊ exultate· ecce enim mer
ces veſtra multa eſt in celis· Vitu
pabile eſt mendaciū dyabolicuꝫ
eſt peccatū· homo mendax ſimilis ē
dyabolo imitacōne Joh· viij· Vos
ex prē dyabolo eſtis ⁊ deſideria pa
tris veſtri vultis facere ſcꝫ mentiri
quia qui loquit mendaciū ex dia
bolo eſt qꝛ mendax eſt ⁊ pat eius
Jtez ꝓpter immundiciā qꝛ coinquinat
illud in quo indecēs eſt immundi
cia Si quis os ſuū aptuꝫ haberet
muſcis ⁊ alijs immundicijs vt que
cunqꝫ vellent intrare pmitterꝫ ibi
nidificare· os eius abominabile
eſſet hominibus· Sic os mendax ē
abominabile deo· cū immundicia
mēdacij· multo magis diſplicet deo
q̄ immundicia muſcarum vel alia
cū rerꝫ immundarū Prouerb· xij·
Abominacō eſt domino labia mē
dacia· qui aūt fideliter agūt placent
ei Jtē quia reddit hoiez falſum q̄n
tū enim pualet denarius verus dena
rio falſo· tanto homo verus homini
falſo ⁊ mendaci· Vnde nota mone
ta falſa non debꝫ recipi ſed ꝯburi
ſic mendaces in celo non recipient
ſed in inferno cū demonibus ꝯburē
Jtem q̄a interficit Mendaciū em̄
eſt venenū tante efficacie qꝛ in ore
animam hoīs inficit· Jdeo linguā
noſtram refrenare debeꝰ a menda
cijs· qꝛ dicit ſap· p· Os qd mentit
necat animam ꝟ occidit Auguſt·
diſtinguit octo genera mendacij
⁊ licꝫ aliqua mendacia ſint q̄ deꝰ
odiat in tantuꝫ qꝛ igne purgatorij
pro eis hominem grauat· tamen
quandoqꝫ pro mendacijs eterna
liter damnat· Primo videlicet cuꝫ
quis in hijs mentit que ſunt fidei
vt hereticus· quociens loqtur cō

tra fidē aſſerendo peccat mortaliter
Scdo mortale mēdaciū ē qn̄ nulli
ꝓdeſt ⁊ alicui obeſt. Tercio qd ali
cui obeſt ⁊ alicui ꝓdeſt Quarto ꝙ
fit ſolū mēciendi fallēdiqꝫ libidis
cā qi ſine cā ⁊ vtilitate ⁊ vocat ab
auguſtino pctm̄ mortale. i. menda
ciū qd fit ex lōga ɔſuetudie ⁊ tāta
libidine ꝙ nō dimittitur. Quinto
qd fit ex cupiditate placēdi ē men
daciū adulatoris in malo Alia ta
mendacia ducūt ad pūrgatoriuꝫ
videlicꝫ cū quis taliter mentit ꝙ nl'
li obeſt ⁊ alicui ꝓdeſt, ad euitādū
periculū perſone vel anime cum ta
mē diſtinctōne negociorū. Eſt tn̄
ſingulare mēdaciū qd dn̄s ſingu
lariter inter mortalia deteſtat Se
cūdo eſt mendaciū qn̄ quis ſcient
iurando ɔfirmat ꝙ ſit verū cum ſit
falſum. quanto igitur mendacium
eſt grauiꝰ. tanto grauiꝰ ē iuramē
tum qd illud mendaciū ɔfirmat eſ
ſeverum Ita illud ɔtrariū eſt deo
ꝙ non ſolū punit illud eternaliter
in homine ſed etiam qn̄qꝫ corpora
liter in preſēti vita. imo vbi nimis
abundant piuria punit deus ipa
loca. Ezech. xviij. Viuo ego dicit
dn̄s Item de mendacō require dn̄i
ca tercia poſt octās ephie Tercio
linguam noſtrā refrenare debemꝰ
a periurijs De iſta materia requre
poſt trinitatem in ſermone Abra
he date ſunt ꝓmiſſiōes. ſcilꝫ domi
ca. xiij. poſt penthecoſtes.

De eodem. f. xxxvij.

AMen dico vo
bis ſi quid pecieritis prē
meū in nomine meo dabit vobis
Jo. xvi. In iſtis verb dn̄s fac tria
Primo hortatur nos ad petenduꝫ
Secundo docet petendi modū Ter
cio ꝓmittit ɔſequi peticōis effectū
Primum ibi. Amen amē dico vob
ſi qd pecieritis prēm meū. Secūdū
ibi. In nomine meo. Tercium ibi
dabit vobis. Ad oīa iſta tria ſcien
dū ꝙ quatuor modis ſolent hoīes
impetrare qd petūt ⁊ eiſdē modis
debemꝰ nos ſpūaliter a deo petere ⁊
impetrare Quidam impetrāt ꝑ in
firmitatis ⁊ pauptatis ſue oſtenſi
onem ſicut videmꝰ in mendicis Exē
plum Actu. iij. vbi dicitur de quo
dam claudo q̄ quotidie portabat
an̄ portaꝫ ſpecōſā templi oſtendēs
pauptatē ⁊ debilitateꝫ ſuam. vt in
trātes ſui miſererēt. Cū aūt petrꝰ
⁊ iohēs intrarēt ille rogabat eos
vt elemoſinā ſibi darēt. Cui petrꝰ
Auꝝ ⁊ argentū nō eſt mihi qd au
tē habeo hoc tibi do. In noīe dn̄i
ſurge ⁊ ambula ⁊ ſanatꝰ eſt hō il
le. Hoc mō debemꝰ etiā a dn̄o impe
trare ⁊ petere. ſcꝫ infirmitatē debili
tatē ⁊ pauptatē noſtrā cognoſcen
do. ſic impetrauit dauid dicens. Mi
ſerere mei dn̄e qm̄ infirmꝰ ſū ſana
me dn̄e. qm̄ ɔturbata ſūt oīa oſſa
mea Nō hiſtoriā. ij. Re. xij. qm̄ per
huīlitatē poſt lapſū cuꝫ berſabee
dauid ipetrauit veniā ⁊ remiſſionē
pctōꝝ. Hoc mō impetrauit Salo
mon ſapientiā allegando inſipien
ciā ſuā huīliter Cui cuꝫ dn̄s diceret
Pete a me qd vis vt deꝫ tibi. Ait ſa
lomō. dn̄e deꝰ Ego ſū puer puulus
ignorās ⁊ egrare me feciſti. da m̄

ergo cor docile vt poſſim iudicare
populum tuū ⁊ diſcernere inter bo
num ⁊ malū Et placuit ſermo iſte
coram dn̄o ⁊ dedit ei ſapientiā eo
ꝙ ſuam inſipientiā humiliter al
legauerat. Econtra ſuperbi ponunt
pulchritudinē exteriꝰ. gloriando ꝓpter
oſtenſionem. ⁊ ideo non īpetrant
Potentes enī qui ſe diuites oſten
dūt nō ſolū n̄ impetrant. ſed etiā
aliquando habitis ſpoliant̄. Exem
plū habeꝰ i phariſeo ⁊ publicano
Luc. xviij. Secūdo quidā īpetrant
per donorū largicōem. ſic fit in cu
rijs principum qui habet dare ha
bet īpetrare Sic impetrauit regina
ſaba a ſalomone quicqd pecijt. iij.
Regum decimo Regina ſaba dedit
regi ſalomoni cētum viginti talen
ta auri ⁊ aromata multa nimis et
gemmas p̄cioſas. Rex autē Salo
mō dedit regine quicqd voluit ⁊ q̄
pecijt. Eodē mō debemꝰ impetrare
a domino p elemoſinarū largicio
nem. Vnde Luce ſexto. Date et da
bitur vobis. Gloſa date pauperibꝰ
bona tēpalia ⁊ dabuntur vobis
bona ſpiritualia et celeſtia. Econtra
qui non dant non impetrant Exē
plum in epulone cui petenti nega
ta eſt gutta vna aq̄. quia pauperi
lazaro vnam micā panis negaue
rat vt pz luc. xvi Exemplum Qui
dam homo pauper ſepe orās deū
vt ſue pauptati ſubueniret quadā
autem die cum oraret aſtitit ei mē
dicus dicens Miſerere mei dādo ele
moſinā vt etiam dn̄s tui dignetur
in omnibꝰ neceſſitatibus miſereri
Cumq3 ille non haberet niſi ſolum

denariū eundē ſibi dedit. Cumq3 do
mum rediret ⁊ ad menſā ſederet ve
nit quidam ignotꝰ quē nunq̄ pri
us viderat dicēs Accipe viginti ſo
lidos quos miſit tibi dominꝰ meꝰ
cui dediſti priꝰ denariū. Cui ille ⁊
quis eſt dn̄s tuꝰ Et ille. dominꝰ me
us eſt ihs criſtꝰ ⁊ hoc dcō euanuit
⁊ creditur fuiſſe angelꝰ dei. Tercio
ſolēt quidā impetrare p adulacō
nem ⁊ graciarū actōem. ſicut hiſtri
ones qui ſolent dicere diuitibꝰ ad
ulando Dn̄s retribuet pri veſtro ꝙ
ſepe mihi benefecit ⁊ vos ſimiliter
bn̄fecistis mihi ⁊ adhuc facitis Sic
impetrauit heſter peticōnem a re
ge aſſuero que adulando dicebat
ſibi valde admirabilis es domine
⁊ facies tua plena graciarū ꝓpter
hoc meruit audiri a rege. Si dimi
diū regni mei petieris impetrabis
ſic ⁊ nos debemus domino deo gra
cias agere de beneficijs ⁊ quaſi ad
ulando ad memoriā reuocare. pſ
Reminiſcere miſeracōnum tuarum
antiquarū dn̄e. ad phil. iiij. In om
oracōe cū grāꝝ actōe peticōes ve
ſtre innoteſcant apud deum. Exem
plum Quidam ſacdꝰ temptabatur
multum a ſpiritu fornicacōis ⁊ cū
amplius reſiſtere non poſſet. pro
ſternens ſe in oracionē dixit. Do
mine ihesu criſte gracias tibi refe
ro de omnibus beneficijs tuis mi
hi collatis ⁊ recognoſco me habere
nihil niſi de tua gracia ⁊ miſericor
dia Et ſcio ꝙ a me ipſo amplius
non poſſum huic temptacioni re
ſiſtere. Vnde rogo te vt mihi tua
gracia ſubueniat ⁊ ſtatim exaudi

tus eſt ⁊ temptacō ceſſauit. Quan
to ſolēt aliqui impetrare ꝑ peticō
nis iportunitatē ſiue pſeuerancīā
ſic impetrauit thobias iunior peti
cōem ſuam a raguele q̄n dicebat.
nō comedā nec bibā donec priꝰ ꝑe
ticōez meā ɔfirmes Thob. vij. ſic
impetrauit mater beati auguſtini
petitione ſua cōuerſionem filij ſui
Vnde dicebat btūs Amb. Impoſ
ſibile eſt ꝙ filiꝰ tot lacrimaꝝ pere
at. vnde dicit Luc. xi. in quadaꝫ pa
bola Si aliquiſ iret ad amicū ſuum
nocte ⁊ peteret ab eo accōmoda ꝫ
panes ⁊ ille nollꝫ ſurgere de como
do ſuo eo ꝙ amicus eius eſſet. ſi ta
men ille pſeueraret in pulſando ⁊
petēdo. ad vltimum ille tedio victꝰ
ꝓpter iportunitatē ⁊ pſeuerancīā
eius. ſurgeret ⁊ daret ſibi. ſic deuſ
vult nob̄ dare ſi pſeuerāt peticeri
mus. Exemplū Legitur in legēda
beate Elizabeth. cū vir quidam ma
nu ɔtractus ſepulchrū beate eliſa
beth viſitaſſet bis ⁊ n̄ eſſet curatꝰ
⁊ tercō cum vxore ſua pcexiſſꝫ illic
occurrit eis venerandus ſenex di
cēs Cuꝫ illic peruenerís manū tuam
ꝓ fundo ſb̄ lapide ſepulchri mitte
⁊ pſeuerāter ora ⁊ recipies ſanita
tem Stulti enim ſunt qui abiectis
oblacōibꝰ ſtatī recedūt. cū ſāctis
placeat ꝙ cum pſeuerantia patro
cinia eorū iplorētur. Moxq̄ ſenex
diſparuit ⁊ reuelatū eſt ei ꝙ ſāctꝰ
nicolaꝰ fuiſſet. Cumq̄ ille illic re
miſſet ⁊ in orōne pſeueraſſet ſtatī
ſanitatē recepit. quā ſanitatē ani
me nobis cōcedat qui ſine fine vi
uit ⁊ regnat. Amen.



Onfitemini al
terutrꝫ pctā veſtra Jaco. v
In verbis iſtis ꝓuocat noſ apoſto
luſ iacobus ad confeſſionem ſine
qua nemo poteſt ſaluꝰ fieri dūmō
habeat copiam ɔfitendi Prouerb
xxviij. Qui abſcōdit ſcelera ſua nō
diriget in terra. qui autē ɔfeſſꝰ fue
rit ⁊ reliquerit ea miſericordiam ɔ
ſequet Sciēduꝫ ꝙ multa ſunt que
nos poſſunt ꝓuocare ad peniten
ciam ſiue cōfeſſionem. Primuꝫ eſt
cōſideracō piculi in quo ſumꝰ q̄diu
inconfeſſi manemꝰ Eſt enim pctōr
in poteſtate diaboli ⁊ poſſet eū dia
boluſ ducere in pfundū inferni ſi n̄
diuina miſericordia euꝫ conſerua
ret Tren. iij. Miſericordie domini
ꝙ nō ſumꝰ cōſūpti. ꝙ nō defe cerūt
miſeracōes eiuſ Ber. Miſera cō tua
domie ſup me que nō poterit expli
cari ſermone q̄ benigna q̄ liberal
q̄ gratuita fuerit. ego peccaui ⁊
tu diſſimulabas. ꝓlōgabā mltō
tempe iniq̄tatem meā. ⁊ tu domie
ꝓlongaſti pietatē tuam. nō cōtine
baꝫ ego a ſcelerib ⁊ tu cōtinebas
a flagellacōibꝰ. Secūdū eſt quia
ꝑ ɔfeſſionē ab oībꝫ pctīs et culpis
liberāmr̄ ꝑ. Jo. ſi ɔfiteamur pctā no
ſtra fidel ⁊ iuſtꝰ ē deuſ vt remittat
nobis ea ⁊ nos mundet ab oī iniq̄
tate O q̄ ſtultꝰ eſſet leproſus q̄ ſe
ꝓprijſ verbis curarē poſſꝫ ⁊ nō face
ret. Et recte pctōr leproſꝰ ē corā deo
et angelꝭ eiꝰ q̄ ꝑ ꝓpriā ɔfeſſionem
mūdat ⁊ q̄nq̄ ſola volūtate cōfitē
di vult Lu. xvij. Leproſi āteq̄ veniret

ad ſacerdotem mundati ſunt. Ter
cium eſt ꝙ ꝑ confeſſionez ab eter
na pena liberamur Pſal. Ne tra
das dñe beſtijs aïas ꝯfitẽciuz tibi
Si non vis tradi beſtijs infernali
bus ⁊ dyabolis. pctã tua confitea
ris Aug. Pctã ſiue pua ſiue mag
ſint. impunita eſſe non poſſunt. vł
enĩ homine penitẽte vł deo iudicã
te pleciuntur. Ceſſat autẽ diuina
vindcã ſi ꝯfeſſio pcurrat huãna.
Quartuz eſt ꝙ ꝑ ꝯfeſſionez a tẽp
tacõne dyaboli liberamur. Augꝰ.
Neqꝫ enĩz facilꝰ ab inimico ſcꝫ dia
bolo deijcimur. ꝙ cuz eũ ſupbe imi
tamur. nec vehemẽciꝰ ꝓſternĩꝰ ꝙ
cum in humilitate dñm ſequimur
Nec acriores ei dolores infligimꝰ
ꝙ cũ plagas pctõrum noſtrorum
ꝯfitendo ⁊ penitendo ſanamꝰ. Ex
emplũ de quodam viro ſancto no
mine vuilhelmꝰ in oratione pno
ctante cui occurrit dyabolꝰ in ſpe
cie hoĩs quẽz vir dei in ſpiritu cog
noſcẽs ait Adiuro te ꝑ deũ vt dicas
mihi quid tibi ſit maiꝰ impedimẽ
tũ in aïabꝫ Reſpondit ille licꝫ dicaz
inuite non poſſum tibi celare. noui
enĩ ꝙ ſãctꝰ hõ ſis Frequẽs inquit
⁊ pura ꝯfeſſio. Naz talis ꝯfeſſio
me ⁊ omnes ſocios meos debili
tat ꝙ non poſſumꝰ ꝯtra hominem
in temptacione ꝓualere vulnerat
⁊ ſupat nos. quẽ amittiꝰ in breui
ĩ ꝯfeſſioĩs hora quẽ habuiꝰ ĩ nrã
poteſtate multis annis. Quitũ eſt
ꝙ a pena corpali liberamur et ſa
namur mediãte ꝯfeſſione. ſepe ei
immittit dominꝰ homini infirmita
tes ⁊ plagas corporales ꝓpter pec

cata ſua donec iniquitatem ſuam
confiteatur Leuitici xxvi Propter
peccata ſua ⁊ ſuoꝝ patruz affligẽt
donec confiteantur iniqtates ſuas
vnde legitur cum dominꝰ ſanaſſet
infirmum dixit ei Vade ⁊ ampliꝰ
noli peccare ne deterius tibi aliqd
contingat. vnde conſulendum eſt
infirmis ante omnem medicinaz
vt confiteantur pctã ſua Exemplũ
quedam domina muta ad confeſſi
onem venit ⁊ cum confitei non poſ
ſet. dixit ei ſacerdos quare non lo
queris At illa innuebat ei mãibꝫ
ꝙ loqui non poſſet. Et ait ille. Exq̃
loqui non potes ore ſaltem corde
loquaris intra teipſum ⁊ dolens
de peccatis tuis. quod cum feciſſꝫ
vna rana maxima ex ore eiꝰ ſalijt
⁊ vltra non comparuit ⁊ tunc illa
cepit loqui ⁊ ꝯfiteri. Sextuz eſt ꝙ
ꝑ ꝯfeſſionem regnũ celorum intro
imus pſ. Introite portas eius in
confeſſione. Eccĩ. iiij. Non ꝯfunda
ris ꝓ anima tua dicere veruz ⁊ dice
re verum in confeſſione ⁊ confiteri
Eſt enĩz ꝯfeſſio adducẽs gloriaz
id eſt vitam eternam. Exemplum
Quidam latro vidit quoſdã viros
religioſos pretereũtes ſiluã in q̃ la
titabat ⁊ ꝯtritꝰ cucurrit poſt eos
clamans ⁊ rogans vt ꝯfeſſionem
eiꝰ audirent. Et illi timentes ꝙ eos
occidere vellꝫ fugerũt. ⁊ ipe ſequẽs
eos fortiꝰ cecidit ſ rupe ⁊ fracto col
lo expirauit. Tũc demões venerũt
⁊ voluerũt aïam eius rape. ſꝫ btã
vgo veniens eũ liberauit dicẽs. hec
eſt ſentẽcia filij mei. Talez te iudi
co qualez te inuenio Inuoluntate ei

cõſiſtebi fuit ⁊ ideo veſter nõ erit a
ſic ad celũ cũ ꝑduxit Ad quã ⁊c.

## De eodem. lxxxix.

Petite et dabi
tur vobis Mat. vij. In ver
bis ꝓpoſitis ꝓuocat nos dñs ad pe
tendum ⁊ promittit peticionis no
ſtre effectum. Sed circa peticõnez
tria ſũt attendẽda ſcilicet Noſtra
neceſſitas. Peticõnis cõgruitas.
et diuina largitas. Circa primum
nota ꝙ neceſſe habem⁹ orare ꝓpter
duo Primo ꝓpter noſtrorũ hoſtiũ
impugnacõnem ⁊ demonũ impu
gnacõnem q̃ nos omni tpe impu
gnant. vñ patet Judith. ix. vbi le
gitur ꝙ cum holofernes qui impu
gnabat filios iſrł obſediſſet betuli
am. ꝑ totam noctẽ in eccliam dei in
ierũt ⁊ orauerũt petẽtes auxiliuȝ a
dño Tot eniȝ ſũt inimici ⁊ tot mo
dis impugnant ꝙ ſine adiutorio
dei eis reſiſtere nõ poſſum⁹ Jdo ne
ceſſe eſt vt eis ꝑ oracionẽ rñſtem⁹
vñ dĩ Exod. xvij. Cũq3 eleuabat
moyſes manus vincebat iſrł. qñ
remiſit vincebat amelech. Nõ. hi
ſto. vñ Judith. iiij. Memores eſto
te ſerui dei moyſi q̃ amelech nõ fer
ro pugnãdo ſꝫ precibus deuicit. Se
cũdo ꝓpter iudicis ſeuiſſimã vł gra
uiſſimã offenſionez Vñ ſicut iam
aliq̃s ſuſpendẽdus ſtans corã iudi
ce cũ mag̃ cõſtãcia ⁊ iſtãcia veniã
petit Jta tu cuȝ mag̃ iſtãcia veniam
anime petere debes Ps. Vitam pe
ciit a te ⁊ tribuiſti ei longitudinez
dierũ in ſeculum ſeculi. vitaȝ vtiq3
ſpiritualem et eternãlem Sed aliꝫ
de quod ait gregori⁹. Eternã vitaȝ
ſi ore petim⁹ nec corde deſideram⁹
clamãtes tacemus Math. vij. Nõ
omnis qui dicit michi domine do
mine intrabit in regnum celoruȝ.
ſed qui facit voluntatẽ patris mei
qui eſt in celis. Secundo debem⁹ cir
ca peticõnem. cõgruitatẽ ſiue qua
litatem aduertere. ſ. qualis debeat
eſſe qui petit ⁊ qualia petere dꝫbeat
et qualiter petere. Circa primũ nõ
ꝙ qui vult petere debet eſſe ſine pec
cato. ꝑ. Johan. iij. Cariſſimi ſi cor
noſtrum non reprehenderit nos.
fiduciam habemus ad deũ. ꝙ quic
quid pecierimus recipiem⁹ ab eo
Quem autem cõprehendit de aliq̃
peccato. hunc autem non exaudit
dominus. ps̃. Iniquitatem ſi aſpe
xi in corde meo non exaudiet deus
Greg̃. cum is qui diſplicet ad inter
cedendum mittitur. irati anim⁹ ad
deteriora prouocatur. Et maxime
qui odiuȝ habent in corde. quia cõ
tra ſeipſum petit talis qñ dicit. di
mitte nobis debita noſtra. ſicut ⁊c.
Scdõ videndum eſt qualia debem⁹
petere. ſ. bona ſpũalia vel bona poſſi
bilia ⁊ vtilia ꝑ. Joh. v. Quodcũq3
pecieritis ſcdm voluntatez eius ex
audiet vos Salutem anime tue ⁊
ea que ad ſalutẽ ſũt petere debes.
talia ſcdm voluntatẽ dei ſunt. vnde
prima Theſſ. iiij. Hec eſt volũtas
dei ſanctificacio veſtra ⁊ ſaluacio
veſtra Qui aliter petit nõ exaudie
tur Beda Qui diuicias ⁊ honores
ſeculi petit aut vindictam certã de
inimico Jpſe in infimis iacens. vi

les ad deum̄ preces mittit. vn̄ ait
dominus ſolomoni. iij. Reguȝ. iij.
quia poſtulaſti tibi ſapienciā ⁊ n̄
petiſti dies multos aut diuicias ā
animas inimicorū tuorum ⁊c̄. no
ta hiſtoriam. Tercio videnduȝ eſt
qualiter debemus petere. quia inte
te et deuote. pſ. Delectare in domi
no et dabit tibi peticiones cordis
tui. Yſidorus verba deprecantis de
us nō attendit ſed cor orantis aſpi
cit. Tercio circa peticōnem attēde
re debemus diuinam largitatē. Ip
ſe enī dat abundanter. ⁊ inceſſan
ter. largiter. De primo dicitur Ia
cobi. p̄. Poſtulet homo a deo qui
dat omnibus affluenter ⁊ nō im
propat ⁊ dabitur ei Bn̄ dicit afflu
enter plus enī dat ꝙ petere poſſu
mus Eph. iij. Potens eſt omnia
facere abūdanter ⁊ abūdācius ꝙ
petimꝰ. Hoc patet in filio prodigo
Luc. xv. Maiora enī accepit ꝙ pe
tiuit. quoniaȝ petiuit ꝙ faceret eū
ſicut vnum ex mercenarijs ſuis. et
plus dedit ei quoniam in filiuȝ eū
recepit. Et in zacharia cui oranti ꝓ
ſalute populi dictum eſt ab ange
lo Ne timeas zacharia exaudita ē
oratio tua. Inſup elyſabeth vxor
tua pariet tibi filium. pro filio nō
rogabat. et tamen ſibi datus eſt
Luc. p̄. Secdō dat inceſſanter. eccl.
xvij. Numerum dierum et tempꝰ
dedit illi. Quis dat tibi diem in q̄
hodie viuis ⁊ omnes dies quos vi
xiſti. imo deus. Quot ergo diebꝰ
ſiue horis vixeris. tot data dei tem
pis. Quid dicam de donis que ꝑ om
nes dies ⁊ horas vite dantur et de

tempalibus ⁊ ſpiritualibus Quo
tidie enim dat pro te corpus ſuuȝ
offerendum Iohannis. vi. Domi
ne da nobis ſemper panem hunc
O quanta putas dabit in celo qui
tanta dat in mundo. Auguſtinus
qui peccatori donauit mortem filij
ſui. quid ſeruat ſaluato per mor
tem filij ſui. Dominus ergo non
ceſſat dare ſi non ceſſas petere Ma
th. vij. Petite ⁊ dabitur vobis. Ite
non ceſſat dare ſi tu non ceſſas pe
tere. Luc. vi. Date ⁊ dabitur vobis
Auguſtinꝰ. Erubeſcat humana pi
gricia plus vult ille dare ꝙ nos ac
cipe. Dedit eniȝ nobis in preſenti
naturam vt eſſemus. animaȝ vt vi
ueremus. mentē vt intelligeremꝰ
Dabit etiaȝ in futuro quicquid de
ſideramus Amb. In futuro appare
bit donum dei in remuneracōne cre
dencium quod oculus nō vidit.
nec auris audiuit. nec cor hominis
cogitare potuit quod nobis donet
qui ſine fine viuit ⁊ regnat. Amē.

## De aſcēſione dn̄i F. xc.

Ecce aſcendit q̄
ſi aquila et expādit alas
ſuas ſup boſra Iere. xlix. In verb
iſtis tanguntur duo Primū ē aſcē
ſio domini qn̄ dicitur Aſcendit q̄ſi
aquila. Secdm ē ſpūſſancti miſſio.
cuȝ ſubiungit. ⁊ expādit alas ſuas
ſup boſra. Boſra enī interpretatur
anguſtia ⁊ ſignat diſcipulos xp̄i q̄
erant in anguſtia ⁊ turbati de ab
ſencia ipſius Sup illos expandit

alas ſuas qñ ſpũſanctũ eis miſit
Circa primum ſciendũ ꝙ xp̃s cõ
patur aquile ꝓpter multas ꝓprieta
tes aq̃le. Prima ẽ liberalitas Adeo
enĩ liberalis eſt aquila ꝙ ſuum ci
bum cum omnibꝰ auibus diuidit
et eas paſcit. Sic facit iſta nobilis
aquila .i. xp̃us qui ſua liberalitate
paſcit totum mundum Videmus
enĩ ꝙ deus omnia ad noſtrum vi
ctum ⁊ ad noſtrã vtilitatẽ ⁊ volun
tatẽ creauit. Volucres celi ⁊ piſces
maris et beſtias terre. diuerſa ge
nera fructuũ ⁊ ſeminum qui fructꝰ
terre ſingulis annis procedunt.
⁊ in hoc non ſufficit ſibi: quin ꝓpri
um corpus dedit nobis in cibum.
et ſanguinem ſuum in potuꝫ. Vn
de accepit panem fregit benedixit
et dedit diſcipulis ſuis dicens. Ac
cipite ⁊ comedite hoc eſt corpꝰ me
um. Similiter ⁊ calicem poſtꝙ̃ cena
uit dicens. ⁊c̃ Sicut tunc cibauit
eos ſuo corpore. ſic adhuc cibat q̃
tidie omnes qui digni ſunt. Secũ
do inuenimus in aquila ꝙ alcius
volat ꝙ̃ alie aues ⁊ alciꝰ nidificat
Sic chriſtus hodie alcius volauit
in humanitate ꝙ̃ aliquis homo vn
ꝙ̃ fecit. quia ſuper omnes choros
angelorum aſcendit. De iſto vola
dicitᷣ Job triceſimo nono. Ad pre
ceptum tuum eleuabitur aquila ⁊
in abditis et arduis ponet nidum
ſuum. ¶ Aquila iſta chriſtus eſt.
qui ad preceptum patris ſui cele
ſtis de celo ad terram deſcendit. Et
hodie ſuper omnes choros angelo
rum reaſcendit. et ibi poſuit niduꝫ
ſuum et habitacõnem ſuam in ar

duis ſcilicet ad dexteraꝫ dei patris
ſui cui regnat coequalis. Et quare
ita alte nidũ ſuum poſuit. certe hoc
fecit ideo. vt noſtrum poſt ſe trahe
ret affectum et deſideriuꝫ. Deutro.
triceſimoſecundo. Sicut aquila ad
volandum prouocat pullos ſuos
et ſuper eos volitans Sic chriſtꝰ
ante nos aſcendit ⁊ alas ſuas ſup
nos expandit vt nos qui ſumꝰ pul
li eius poſt eum volemus. Due enĩ
ale quibꝰ nos volare debemꝰ poſt
ipſum ſunt duplex caritas ſcilicet
dei et proximi. ſine quibus ad euꝫ
nullus venire poteſt. De iſtis alis
Apocalipſis duodecimo vbi dicitᷣ
Q; inter cetera mirabilia oſtenſa
eſt iohanni mulier parturiens ⁊
draco magnus habens ſepteꝫ ca
pita. expectauit fructum mulieris
vt poſtꝙ̃ pepiſſet deuoraret. Tũc
mulieri date ſunt due ale aquile ⁊
euolauit. Mulier iſta parturiens
ſignificat quamlibet fidelẽ animã
ſanctam que ꝑturit. cum fructum
boni opis facit. Sed draco cum ſep
tem capitibꝰ .i. dyabolus cum ſep
teꝫ capitalibꝰ peccatis nititᷣ fructũ
boni operis impedire ⁊ annihilare
Si aũt vult anima eius euadere iſi
dias eiuſ ſõnes. debet aſſumere du
as alas aquile .i. duplicem carita
tem dei ⁊ proximi. tunc non poteſt
dyabolus fructum eius ſuffocare
et hijs duabus aliſ poteſt anima
volarẽ ad chriſtum in celũ. Augꝰ.
Quiſquis dilexerit deum ⁊ ꝓximũ
habet animam pennatam liberis a
lis. ſancto amore volantẽ in celuꝫ.
Quicũꝗ aũt ſeculi amorẽ implicatᷣ

defectū haƀet in pennis. quacūq;
hac alarū caruerīs ad celū nō vo
labis. Tercio inuenim⁹ in aquila
q̄ pcellit alias aues in viſu q̄ lim
pidius videt ſolē q̄ alie aues Vn̄
de ea legitur q̄ ſolet pullos ſuos p
bare ꝯtra ſolē. ſi ſolem clare intuē
tur cognoſcit eſſe ſuos ⁊ nutrit eos
Pullū vero q̄ ſolem clare nō intue
tur deicit de nido tāq̄ alienū Iſtd
inuenimus in aquila iſta ſcilicet i
chriſto qui valde acutum viſū ha
bet Heb. iiij. Omnia apta ⁊ nuda
ſunt oculis eius. Nichil enī eſt in
mundo adeo occultum quin ipē to
tum videat. nihil enī ita acutū vt
oculi eius non totum factū homi
nis videāt ⁊ non ſolū facta. ſed eti
am minimas cogitacōnes et deſide
ria cordiū intuet. Et ſi aliq̄s vidit
aliū male agere clamat ve tibi q̄d
agis. Sic aquila iſta .ſ. xp̄s qui cū
cta videt clamat peccatorib⁹ Quid
facitis ⁊ hoc p vocem predicatoris
vel p ꝯſcientiam interi⁹ mordentē
De iſta aquila dicit Apo. viij. Vi
di et audiui vocem vnius aquile vo
lantis p mediū celi clamantē ⁊ di
centem voce magna. Ve ve ve ha
bitantib⁹ in terra ⁊ illis qui habēt
corda inclinata ad terrena et non
ad celeſtia. Illis dicit trib⁹ vicib⁹
ve ve ve. primo ve p peccato cordis.
ſecūdo ve pro peccato oris. tertio ve
p pccō opis. Pccā cordis ſūt cogi
tacōes male deſidia mala. ſupbia
inuidia. ira. odiū. auaricia. vana
gloria et ſimilia. Peccata oris ſūt
verba turpia ⁊ mala. mēdacia de
tractōes. piuria et ſimilia. Pecca
ta operis ſunt furta. homicidia. ra
pia. vſura. luxuria. gula ⁊ ſimilia.
Omīa iſta ſunt nuda et apta ocu
lis eius q̄ntūcūq; occulte ꝯtingūt
Exēplū in thayda meretrice. Tha
ys meretrix erat tante pulchritu
dinis q̄ multi ppter eā vendit is ſb
ſtancijs: ad vltimū ad paupertatē
deuenerūt finalē. ⁊ multi ſe mutuo
occiderunt et ſic multas aīas dya
bolo offerebāt. Qd audiēs quidā
ſanctus abbas. Sumpto habitu
ſeculari venit ad eā dās ei ſolidū.
quē putans eum velle peccare cū
ea introduxit eum in ſecretum cu
biculum At ille. Eſt ne aliud ſecre
cius cubiculum vbi nullus videre
poſſit Cui illa Null⁹ hominū hic vi
dere poterit. Si aūt deum times nō
eſt locus ita occult⁹ q̄ ei abſcōda
tur Cui ſanct⁹. Credis eſſe deū qui
omnia videat q̄ in mūdo ꝯtingūt.
At illa credo. Cui ſanct⁹. Cur ergo
aīā tuā ⁊ tantas aīas dānaſti q̄
nō ſolū p te ſ; p omnib⁹ illis reddi
tura es rationē. Qd audiēs illa cō
trita ad pedes ei⁹ cecidit ⁊ cū lacri
mis veniā poſtulauit. Et acceptis
bonis omnib⁹ detulit in mediā ciui
tatē ⁊ corā omnib⁹ cōbuſſit dicēs
Venite ⁊ videte quō ea que peccā
do lucrat⁹ ſum exurām ⁊ hoc facto
perexit ad abbatē ⁊ petiuit veniam
qui incluſit eam in quadā cella tri
bus annis. Poſtea reuelatū ē q̄
domin⁹ penitenciā eius acceptaſſ;
et ei ōnia pccā dimiſiſſet ⁊ tūc eā
eduxit ⁊ poſt. xv. dies ad dominū
migrauit. Attēde ergo o homo q̄
dn̄s omnia videt tanq̄ ſibi pn̄cia.

Aſcendit deus
in iubilacione ⁊ dñs in vo
ce tube glo. reuertet. Ps. In vbis
ꝓpoſitis duo notant. Primum io
cunda in celum xpi aſcenſio. Secun
dum tremebunda xpi ad iudiciū
reuerſio. Primum ibi Aſcendit de
us in iubilacōne. Secūdū ibi ⁊ do
minus in voce tube. Circa primū
notādū ꝙ aſcēſio xpi fuit trib⁹ iocū
da. ſcilicet ſibiipſi. ſanctis angelis
et antiquis patribus. Gaudebat
enī ipſe propter opis ſui cōſūmati
onem. Homines enī ſolent multū
letari quando magnalia opeā lau
dabili fine pegerūt ſic xps opus
ſuum a patre celeſti traditū ſibi.
laudabiliter expleuerat. vnde dic
Johānis xvij. Opus cōſummaui
quod dediſti michi vt facerem Et
moriens dixit Joh. xix. Conſūma
tum eſt. quicqd mihi cōmiſſū eſt
a patre meo. nam mundū vicerat
p pauptatē Joh. xvi. Cōfidite qr
ego vici mundū. dyabolū vicit p
humilitatē Jo. xvi Princeps hui⁹
mūdi iā iudicat⁹ ē Hominē pditū
repauerat p penalitatē. Et ideo le
tanter aſcendit Luc. xv. dicens ad
angelos Cōgratulamini mihi qr
inueni ouē meam quā pdideram
Nota parabolam require dominica
tercia poſt feſtū trinitatis in euā
gelio. Scdo fuit xpi aſcēſio iocunda
angelis. Gaudebāt enī primo an
geli ꝓpter noui hominis viſionem.
quia ipē eſt in quē deſiderant āge
li pſpicere. ſicut dicit p. Pe. p. In
p illo verbo dicit glo. Tanta ē illi⁹
hominis qui p nobis paſſus eſt glo
ria. vt etiā angelice in celo vtutes
cum ſint eterne felicitatis pfecte. nō
ſolū immortalis diuinitatis mag
nificenciā. ſꝫ etiā aſſumpte huma
nitatis claritatē ſemp aſpicē gau
deāt In aſcenſione xpi cū viderent
angeli nouū hominē venientē quē
nūq̄ in celo viderāt ab inicio ⁊ cū
intuerent eius faciem v ipſi⁹ facici
pulchritudinē. repleti ſūt immēſo
gaudio ita ꝙ ſemp in eū pſpicere
deſiderant cuius faciē nunq̄ cernē
ceſſant Tā iocūda ē facies illa ſic
dicit fulgenci⁹. Qꝫ ſi anima eſſet i
omnibus penis inferni ⁊ videre poſ
ſet faciē illam nullo mō ſētiret pe
nā inferni. Hāc faciē ſancti patres
exiſtētes i limbo cū magno deſide
rio deſiderauerūt dicētes cum pſ.
Oſtēde nob faciē tuā ⁊ ſalui erim⁹
et etiā exiſtentes in ſeculo deſideā
bāt faciē illā videre. iij. Re. x. Vni
uerſa terra deſiderābat videre vultū
ſalomōis regis v xpi Cū ergo iſtā
iocundā faciē dei angeli viderent
multū letati ſunt. Scdo gaudebant
angeli ꝓpter ruinē eorū reſtaurati
onem. Videbāt enī eum venientē
cū multitudine magnā ſaluādorū
qui replere debebant locū ex q̄ lu
cifer cū ſuis ceciderat Luc. xv Gau
diū eſt angel dei ſup vno peccato
re penitenciā agente. Quid putas
quale gaudiū tunc erāt eis. cū vide
rant tot milia ſaluatorū cū xpo ve
nire. Tercio xpi aſcenſio fuit iocū
da patribus in limbo inferni. Gau

bant enī ꝓpter tria. ꝓpter carcēris
ereptionē. ꝓpter regni celeſtis ad
eptionē. ꝓpter angeloꝝ delectabi
lem aſſociationē. De hijs tribꝫ dī
Yſa. lri. Leuauerunt vocē ꝓpꝫ carce
ris euaſionē qn̄ dicebant. aduenī
ſti deſiderabilis quē expectabamꝰ
in tenebris. Sꝫ laudantes ꝓpꝫ cele
ſtis regni manſionez. q2 oculo ad
oculū videbūt dei faciē ⁊ ſocietatē
angeloꝝ delectabilez. Secūdo gau
debant ꝓpter humane nature ſub
limacionem. Nam humana natu
ra ſublimata fuit ſup naturaz an
gelorum in chriſto Unde angeli
dignitatem humane nature ꝯſide
rantes deinceps ꝓhibuerūt ſe ab
hominibꝰ adorari. ſic dicitꝛ Apoc.
xix. Cecidit iohannes ante pedes
angeli vt adoraret eū. Et dixit ei an
gelus. vide ne feceris. ꝯſeruꝰ eniz
tuus ſum ⁊ frater Ibi dicit gloſa
In veteri lege nō ꝓhibuit ſe adorā
ri angelus. ſed poſt aſcenſionē vi
dens ſupra ſe exaltari humanam
naturā ab homine timuit adorari
Leo papa. Naturā noſtre humani
tatis hodie vltra cunctoꝝ altitudi
nē ad dei patris poteſtatē eſt ꝓue
cta Conceſſum eſt vt mirabilior fie
ret dei grā cū remota ſit ab aſpectu
hominū ac. ſic patet primū. ſ. q2 io
cunda ſit dei aſcēſio. Scd̄o notatur
tremebunda xp̄i reuerſio. q2 in vo
ce tube reuertetur. que nō occulta
erit ſed manifeſta ⁊ omnibꝰ pctō
ribus tremebūda. Nam virtutes
celoruz mouebuntꝛ. ⁊ ad modū tre
mentiū ſe habebūt ſicut dicitꝛ Lu.
xxi. Quid ergo erit de miſeris pctō
ribus Sciendū aūt q2 audietur tri
plex vox in aduentu xp̄i ad iudici
um. ſ. citacōis. diſceptationis. ⁊ dif
finicōnis Prima vox eſt citacōnis
qn̄ mortui citantꝛ ad iudiciuz Ma
th. xxiiij. Mittet angelos cū tuba
et voce magn̄a ꝯgregabūt electos
cum reprobis a quatuor vētis celi
⁊ a quatuor finibꝫ terre. oriēte. occi
dente. aquilone ⁊ auſtro. Criſo. O
q̄ꝫ magna erit vox illa ⁊ terribilis
cui obediūt ōnia elemēta q̄ petras
ſcindit. inferos frangit monumē
ta apit. vincula mortis diſſoluit.
et vniuerſos mortuos reſurgere fa
cit. ⁊ ad iudiciū venire ꝯpellit. Adeo
terribilis erit reprobis. ſicut dicit
Auguſtinꝰ Qz mallent omnia in
ferni tormenta ſuſtinere q̄ꝫ ipſam
audire. Non enī ſoluz homines bo
nos ſed etiam malos ⁊ omnia de
monia ſiue velint nolint an̄ ipſuz
ſicut ante creatorem ſuum regem
deum ⁊ iudicē omniū ꝯgregabū
tur nec a conſpectu ſemoueri poſ
ſūt. nec licēciari nec ꝯdēnari n̄ ab
eo Ecce mirabilis ⁊ ſtupenda maie
ſtas ⁊ dignitas ſaluatoris noſtri.
quia ſola virtute ſue voluntatis ꝯ
gregabuntur ante euz omnes ha
bitantes in celo et in terra ⁊ ſb̄ ter
ra et in inferno ne ſit qui ſe abſcō
data caloris ſui virtute. Iſtud ita
terribile erit q2 damnati tūc dicēt
montibus. Cadite ſuper nos ⁊ col
libus cooperite nos. De iſta voce
dicit beatus Iheronimus. Siue co
medam ſiue bibam ſiue aliquid
aliud faciam ſemꝑ videtur michi i
ſonare i auribꝰ meis illa vox tubi

tis ſ Surgite mortui ⁊ venite ad iudi
cium Hec vox citacōis ē terribilis·
ſ; vox diſceptacōis erit terribilior.
de qua dicit̄ Iohel·iij·Congregabo
omnes gentes ⁊ ducam eas in val
lem ioſaphat et ibi diſceptabo cū
eis·Diſceptabit autē a maximis i
cipiens et vſqꝫ ad nouiſſima deue
niens·Primo obiciet malis bñfi
cium paſſionis ſue propter hoc cy
catrices reſeruauit Auguſt. Domi
nus ideo cicatrices reſeruauit vt in
iudicio hoſtibus ſuis exprobret: ⁊
cōuincens eos dicet·Ecce hominē
quem crucifixiſtis Ecce deum ⁊ ho
minem quem credere noluiſtis·vi
dete vulnerā que infixiſtis·agnoſci
te latus quod pupugiſtis·ꝓpter
vos apertum eſt ⁊ intrare noluiſtis
Criſoſtom9 Exprobrabit in iudicio
cū peccatoribus malis dicēs Ego
ꝓpter vos factus ſum homo ꝓpter
vos alligatus ſū·illuſus ceſus·cru
cifixus·vbi eſt tantarū iniuriarū
fruct9·Ecce preciū ſanguinis mei
quod dedi in redempcōnē anima
rum veſtrarū·vbi ſeruitus veſtra
quem ꝓ precio ſanguinis mei red
didiſtis michi·Ego ſup vos glori
am meam habui cum eſſem deus
apparens homo·viliorem omnib;
rebus me feciſtis·cum rem terre vi
liſſimam plus me dilexiſtis·Tunc
incipient deflere tantum bñficiū
neglectum Iob·xix·Aſpicient in
quem tranſfixerunt Plangent ſup
ſe iudei videntes viuentem ⁊ viuifi
cātem quem quaſi hominē mortu
um eſtimabāt ⁊ videntes eū corpo
re vulneratū·ſcelus ſuū denegare ñ
potuerūt·Plangent ⁊ gentiles·q̄ vā
riis diſputacōnibus phoꝝ decep
ti·irrationabilē iuſticiā eſſe deū
ſcelere crucifixū·Plangent ſe xpia
ni peccatores q̄ magis dilexerūt mū
dū q̄ deū xp̄m·Plangent ſe heretici
q̄ purū hominē crucifixū dixerūt
cū videāt ipm iudicē quē iudei cruci
fixerunt·Plangent ſup ſe omnes
tribus terre·q̄ nec reſiſtēdi virt9
eſt cōtra eum nec fugiendi facul
tas eſt a facie eius·nec penitencie
locus·nec ſatiſfaciēdi tempus ex
anguſtia omniū rerū·nihil eis re
manꝫ niſi luct9 Deinde diſceptabit
de omnib9 locucōnibus·cogitacō
nib9·opibus·greſſib9·vita·tpe·
de bonis collatis racōem requiren
do Reqre in ſermōe p9 trinitatē vi
delicet Redde rationē Ad vltimū ſe
quit̄ tercia vox.ſ.diffinicōis que ter
ribiliſſima erit·⁊ eſt q̄n vltima ſē
tencia dat̄ dānatis·De qua zach·
ix·Dominus in tuba canꝫ ⁊ exibit
vt fulgur gladius ei9.ſ.vltima ſe
tencia q̄n dicet·Ite maledicti in ig
nē eternū ⁊c·Illa vox adeo terribi
lis erit dānatis q̄ vellēt ſi fieri poſ
ſet q̄ nūq̄ fuiſſent nati·reqre i ad
uentu in ſermone·Videbūt filiū
hominis·Rogemus·

Dominica p̄·p9 aſcenſionē· f·xciij·

Eſtote prudē
tes ⁊ vigilate in oracōnib;
veſtris p̄·Pe·iiij·In vobis iſtis inuita
mur ad duo.ſ.ad prudēciam ⁊ ad
oracōnis ꝯſtāciā·Primū ibi Eſtote
prudētes·Scdꝫ ibi·⁊ vigilate i ora

cōibus veſtris. Circa primū nota
ꝙ duplex ē prudēcia.ſ.bona et ma
la. Mala phibetur ꝛ bona pſuade
tur. Prudēcia mala eſt qua homo
fraudat ꝛ decipit ꝓximū ſuū Ecci.
xix. Nō eſt ſapiēcia diſciplina ne
quicie ꝛ nō eſt bonꝰ cogitatus pru
dencia pctōꝝ.q.d.q̄ doctus eſt ne
quiter agere ꝛ doloſe ꝯtra ꝓximū
ſuum. non pōt dici prudēs ſ; malꝰ
et doloſus ꝛ hoc nō poteſt dici pru
dencia ſ; malicia. Talis eſt prudē
cia vulpis q̄ inſidiat̄ alijs anima
libus vt decipiat. illa prudēcia di
citur dyabolica. dyabolus eñ ſem
per intendit facere malum ꝛ alios
decipere Jacobi.iij. Non eſt ſapiē
cia iſta deſurſum deſcēdens ſed ter
rena animalis ꝛ dyabolica. De ta
libus Iheremie quarto Sapiētes
ſunt vt faciāt mala. bene autē face
re neſcierunt. Tales imitantur dy
abolū qui bene facere neſcit ſ; ma
le. Prudencia iſta mala eſt. nō ſo
lū quia nocet proximo. ſed quia
nocz ꝓprio domino. quia tales ma
iorem curam habent de corpore ꝙ
de anima ſua. Similes illi q̄ ventrē
ſuum paſcit et ſe ipſum in aīa inte
ficit. Iſta prudēcia vocatur carnis.
ad Rō.viij. Prudēcia carnis mors
eſt. prudencia vero ſpiritus vita ꝛ
pax. Et vere prudencia carnis mors
eſt. quia ducit ad mortem eternā.
Sicut videmꝰ ꝙ equus effrenatus
et nimis laſciuus aliquando preci
pitat dominū ſuū Sic caro nimis
delicate nutrita aliquando precipi
tat animam in gehennā. Hec pru
dencia carnis ſimilis eſt aſtucie in

firmorum qui cogitant quomodo
ignorantibus cuſtodibus ꝛ medi
cis comedant prohibitum. De ta
libus dicitur Prouerbiorum pri
mo. Vſquequo paruuli diligitis
infanciam ꝛ ſtulti que ſibi noxia
ſunt cupiunt ea. Prudencia autē
ſpiritus eſt vita ꝛ pax quia qn̄do
ſcd̄m ſpiritum regitur caro. multo
amplius viuit tā vita ſpirituali ꝙ
carnali. Eſt eñ prudēcia hec tanꝙ
vite medicina cōſeruatiua Ecc.xxx
viij Altiſſimus de terra creauit me
dicinam ꝛ diſciplinam. et vir pru
dens non abhorrebit eam. Prudē
cia etiam ſpiritus acquirit pacē
inter carnem et animā Equus eñ
mediocriter pigritatus vl' impin
guatus. ſeſſorem ſuum non preci
pitat Sic patet de prudēcia mala
que nocet ꝓximo ꝛ ipſi dño ꝛ cor
pori. Eſt eñ alia prudencia q̄ dr bo
na quā ſuadet nobꝭ dn̄s math.x.
Eſtote prudētes ſicut ſerpētes Pru
dencia ſerpētis eſt. qn̄ cutis ſua in
durata eſt abſtiet ſe p aliq̄s dies.
et tūc querit artū foramē ꝛ trāſit
p illud ꝛ deponit ibi antiquā pellē
et recipit nouā. Sic debēt ſerui dei
facere ꝛ deponere antiqua pctā per
artam pniam. Dicit̄ Mat.vij. Ar
ta eſt via q̄ ducit ad eternā vitam
et anguſta ē porta celi ꝛ ideo nullꝰ
poteſt itrare niſi deponat antiquā
pellem ꝛ antiquam cōſuetudinem
peccandi Sed quidam ſimiles ſūt
mauro ſiue ethyopi qui cutem ſu
am mutare non poteſt. de quibus
dicitur Iheremie decimotercio. Si
mutare pōt ethiops pellem ſuā et

pardus ſuā varietatez ⁊ vos pote
ritis bñfacere cū didiceritis malū.
vel cū didiciſtis malū. Itē pruden
cia ſerpentis eſt ꝙ exponit totum
corpus ꝑ capite ſuo. Sic ſeruuſ dei
debet facere. debet ſe morti exponere
ꝑ capite ſuo .i. xpō. xp̄s enī caput
nr̄m eſt ⁊ nos mēbra ei⁹. Vñ a xpō
dicimur xp̄iani. Sic ergo ipſe ſe ꝑ
nob̄ morti expoſuit. ita ⁊ nos econ
uerſo ⁊ hoc ē ſignū dilectōnis. Jo.
xv. Maiorē hac caritatez nemo ha
bet ⁊c. vñ cū dñs dixiſſet petro. pe
tre amas. r̄ndit. Tu ſcis domine ꝙ
amo te. et animā meā ⁊ vitam po
no ꝑ te ⁊ paratus ſum ponere pro te
Joh. xxi. Exemplū .ij. Mach. vij.
In muliere cū ſeptem filijs qui ſe
morti expoſuerūt potius ꝙ̄ cōtra le
gez carnes porcinas comediſſent.
Itez ſerpens diligit ſolez ⁊ delecta
tur eſſe in ſole. ꝙ cum frigiduſ ſit
ꝑ naturam. ꝑ calorem ſolis cōfor
tatur. Sic ſerui dei diligere verū deū
et verū ſolez .i. xp̄m et in eo delecta
ri ⁊ in nulla alia creaturā. pſal. De
lectare in dño ⁊c. Eccl. xi. Dulce lu
mē ⁊ delectabile oculis videre ſolē
Sed multi ſunt ſicut noctua q̄ ma
gis delectat̄ in tenebris hui⁹ mun
di ꝙ̄ in ſole. ſicut illi qui delectant̄
in tenebris huiuſ mundi videlicet
in peccatis ⁊ in reb⁹ tēpalib⁹. Con
tra quos dicit̄ Prouerb. iij. Habe
to fiduciam in domino ex toto cor
de tuo et ne innitaris tue prudēcie
.ſ. mundane et carnis que pruden
cia conſiſtit in appetitu carnaliū
voluptatū et rerū temporaliū. vñ ꝑ.
Paral. xxij. Det tibi de⁹ prudentiā
vt ſciaſ deū diligere ⁊ cognoſcere.
Itez ſerpens ꝓuidus ē ⁊ ꝓuigil cō
tra picula. ſic ſeru⁹ dei debet eſſe ꝓ
uidus in p̄cauendo futura picula.
Iſtā prudēciā habuerunt quinqȝ
prudentes virgines que cū lāpadi
bus ardētib⁹ expectabāt dñm ad
uenientē Mat. xxv. Media āt nocte
clamor fact⁹ eſt. ecce ſponſus venit
et que parate erāt intrauerūt cū eo
ad nupcias. Ad q̄s nos ꝑdu. ⁊c.

De eodem. F. xciij.

# Quz venerit pa

raclitus quem ego mittā
vobis a patre ſpiritū veritatis q̄ a
patre procedit ille teſtimoniū per
hibebit de me Jo. xv. In verbis ꝑ
poſitis duo tanguntur Primū eſt
ſpiritusſancti ꝑmiſſio. Secūdū ipſi
us miſſi opatio. p̄mū ibi Cū vene
rit paclit⁹. ſcd̄m ibi. ille teſtimoni
um phibebit de me Sciendū āt ꝙ
ſpūſſanct⁹ miſſus fuit ⁊ mittit̄ ml
tis modis Vno mō mittit̄ vt accē
dat acidioſoſ ad amorez ⁊ ideo ap
paruit in ſpē ignis Luc. xij. Ignez
veni mittere in terrā quid volo niſi
ꝙ ardeat. Bern. In igne apparuit
ſpiritusſanctus. quia ab omni cor
de quod replet torporem frigoris
excutit ⁊ deſiderium hominis aſcen
dere facit. Vnde certiſſimuz ſignū
eſt qui habet caritatem habet ſpi
ritumſanctum. Item ignis ſemper
tendit ſurſum. Sic boni tendunt
ſemp ad celeſtia nō curantes iſta
terrena et tranſitoria. quia cōuer
ſacō eorum cum apoſtolo ſemper

q iij

in celis eſt q ideo cupiuit diſſolui q
eſſe cū xpō Vnde pſal. Heu mihi
quia incolatus me⁹ plongatus ē
Ignis iſte ſemp nutriendus ē ne
extinguatur Leuit. vi. Ignis in al
tari meo ſp ardebit quez nutriet
ſacerdos ſimul ſubiiciens ligna
mane p ſingulos dies Gregori⁹.
Altare dei eſt cor noſtrū in quo de
bet ardere ignis caritatis quē ma
ne q veſpere nutrimus dum xp̄um
mane iudicatuz q veſpere crucifixū
recolimus. Secūdo intelligitur ſpi
ritusſanctus miſſus eſſe q mittitur
vt nos ↄſolet i tribulacōnibꝰ. q er
go dicitur paraclitus .i. cōſolator.
ij. Corinth. p̄. Benedictus deus et
pater dn̄i nr̄i iheſu xp̄i pat
miſericordiarum q deus toti⁹ cōſo
lacionis qui cōſolatur nos in om
ni tribulacione noſtrā Bern. Quā
tumcūq; ſeuiat tribulacō: non pu
tes te derelictum a deo ſed memine
ris eſſe ſcriptum. cum ipō ſū in tri
bulacione. q Michee. iiij. Quē affli
xeram ↄſolabor Si ergo affligit te
deus paupertate. cōſolatur eternas
diuicias pmittendo Mat. quinto.
Beati paupēs ſpiritu quoniā ipo
rum eſt regnum celorū. Yſa. xlix.
Conſolatus ē domin⁹ populū ſuū
qꝛ ipſemet fuit paup in hoc mun
do. pſal. Paup ſum q in laboribꝰ
a iuuētute mea Paup in ingreſſu
in pgreſſu et egreſſu. Et ideo qui
imitantur eum cū voluntaria pau
ptate de eius familia ſunt q hos cō
ſolatur in futuro. Exemplū in laſa
ro q diuite epulone Cui dixit abrā
ham Fili recepiſti bona in vita tua

et Laſarus ſimiliter mala. Nūc ve
ro hic cōſolatur. tu aūt cruciaris.
Si autē affligit te dominus in infir
mitate cōſolatur in futuro parcendo.
quia p afflictionē corporis in pſen
ti euadit homo futurā rc. Naū p.
afflixi te non affligam vltra. Et hec
afflictio debet nob eſſe cōſolacio.
vnde Job. vi. Hec mihi ſit cōſola
cio vt affligens me dolore non par
cat. Gregorius Ideo quibuſdam
dominus hic parcit vt eos in ppe
tuuz feriat Ideo hic ferit nō parcē
do vt in eternuz parcat Auguſtin⁹
Hic vre hic ſeca vt in eternuz par
cas Gregorius Electi quandoq; tu
ment ne vlcio que ſuſpenditur in
fine grauior ſeruetur. paternam
correctōnem deſiderant. q dolorem
vulnerum medicinam ſalutis pu
tant. exemplum Quidā vir ſāct⁹
ſingulis annis cōſueuit infirmari
rc. require ſupra in ſermone Cuz
venerit ille arguet mundū Tercio
mittitur ſpiritusſanct⁹ qꝛ arguat pec
catores Joh. xvi. Cum aūt venerit
ille arguet mundū de pctō .i. mun
danos p inſpiracionem ſcz quādo
mittit in cor tuum tue conſciencie
qꝛ dicat tibi qꝛ malū eſt qꝛ peccas
Iheremie. ij. Arguet te malicia tu
a q auerſio tua increpabit te. Et ſe
quitur. Et vide qꝛ malum et amarū
eſt te dereliquiſſe dominū deum tu
um Notandū qꝛ nulla pena grauī
or eſt mala cōſciencia. ſi autē vis
nūqꝛ eſſe triſtis bene viue. Qui au
tem male viuit ſemp habet turba
tam cōſcienciam. Cum autem ſen
tis aliquā cogitacionē talem q ar

guít te dē pctō ſcias eē a ſpūſācto
Tu aūt obedias ei audiēdo eius i
crepaciones Alioquin ſiue velis ſi
ue nolis in futuro horrendā incre
pacionez ſuſtinebꝪ Prouerb. xxix.
Qui corripiente dūra ceruice ɔtem
nit repēte ei ſupueniet interitus ⁊
eum ſanitas nō ſequetꝛ qn̄ dicet do
minus Eſuriui et nō dediſtis mihi
mādūcare ⁊c. Et ſeq̄tur ite maledi
cti in ignē eternū O q̄ꝫ grauis erit
illa increpacio quā timuit dauid
dicēs. Dn̄e ne i furo. tuo argu. me.
Et Abac. ij. Qui dicebat ſup cuſt o
diam meam ſtabo vt videam q̄d re
ſpondeaz ad arguentē me. Qui mō
ſeip̄m arguit tunc non arguetur.
Job. xiij. Vias meas arguā in cō
ſpectu eius et ipſe erit ſaluator me
us. Quomodo aūt diſceptabit i iu
dicio cum malis. req̄re in die aſcē
ſionis in ſermone Aſcēndit deꝰ in
iubilacione et inuenies ⁊c. Roge
mus igitur ſpiritumſanctuz.

Itē de ſpūſancto. F. xciiij.

# Factus eſt repē

te de celo ſonus tanq̄ꝫ ad
uenientis ſpūs vehementis et re
pleuit tōtam domū vbi erant ſedē
tes Actuū. ij. Notandū eſt q̄d mul
tiplici ſpecie ſpūſanctꝰ eſt miſſus
Primo in ſpecie vēti vt in p̄nti euā
gelio vbi dicitꝛ q̄ꝫ ſpūſanctꝰ venit
in ſimilitudine vēti vehemētis Hoc
aūt factū eſt ad innuendūz q̄ꝫ ſpūſ
ſanctꝰ agiles facit ad opandū q̄s
replet. glō. Neſcit eniz tarda moli
mina ſpūſancti gracia. Vnde cer

tum ſignū ē q̄ꝫ quicūq̄ꝫ agilis ē ad
bene opandū ⁊ ad dei ſeruiciū q̄ꝫ
habꝫ ſpm̄ſanctū. Rō. viij. quicūq̄ꝫ
ſpiritu dei aguntꝛ hij filij dei ſūt Sꝫ
quidā hn̄t ſpm̄ſanctuz ⁊ expellūt
euz a ſe p immūdas et inutiles co
gitaciones ⁊ operaciones Sap. p̄.
ſpūſanctꝰ aufert ſe a cogitacōibꝰ
que ſūt ſine intellectu et expellitꝛ a
ſupueniēte iniq̄tate. ⁊ tales meren
tur eternā mortē Heb. x. Irritā q̄s
faciēs legē moyſi moriet. quanto
putatis magis deteriora p̄mereri
ſupplicia q̄ filiū dei occultauerunt
et ſpritui gracie ɔtumeliā fecerūt.
Exemplū in iuda q̄ ſpm̄ſanctuz ac
cepat ⁊ peccādo euz expulit ⁊ ideo
eterna morte interijt. Scdo fuit da
tus in igne ad innuendū q̄ꝫ corda
eorꝫ quos replet ad caritatem ac
cendit Lu. xij. Ignem veni mittere
in terram et quid volo niſi q̄ꝫ arde
at. Bern̄. In igne apparuit ſpiritꝰ
ſanctus. q̄ꝛ ab omni corde quod re
plet torporem frigoris excutit. ⁊
deſiderium hominis accendit: et aſ
cēdere facit. Vnde certiſſimū ſignū
eſt q̄ꝫ qui habet caritatē habet ſpi
ritumſanctum. Item ignis redigit
in cinerem ea que in eo imponun
tur Sic ſpiritusſanctꝰ quos replet
humiles facit ⁊ viles reputacōne
ſui. Vnde abraham dixit ad domi
num Gen̄. xviij. Loquar ad domi
num meuz cū ſim cinis ⁊ puluis.
vnd̄ quicūq̄ꝫ vult ſpiritūſanctum
accipe debet eſſe humilis ⁊ nō ſup
bus. Nam dicitur. p̄. Pet. v. ⁊ Ja
co. iiij. Supbis reſiſtit deus humi
libus aūt dat grām. Sicut eni aq̄

deſerunt mõtes ⁊ fluũt ad valles.
ſic gracia ſpũſſancti deſeit ſupbos
et fluit ad corda humiliũ. Augꝰ.
Quanto humilius ſedebat maria
magdalena ad pedes dñi tãto am
plius flebat. Confluit enĩ aqua
ad humilitatẽ de ſupcilio montis
Ecci. iij. Quanto maior es humilia
te in omnibꝰ ⁊ coram deo inuenies
graciã. Exemplũ in maria matre
dei. quia humilis erat. ideo ãgelꝰ
ei dicebat. Spiritusſanctꝰ ſupue
niet in te ⁊c. Bern. Bene de humili
tate male audeo dicere. nec virgini
tas deo placuiſſet. ſi humilis nõ
fuiſſet. nec filium dei concepiſſet.
Item ignis ſemp tendit ſurſũ. ſic
qui habet ſpiritumſanctum ſem
per tendit ad celeſtia Omnia enĩ
terrena ſcd̃m apoſtolũ reputant
vt ſtercora quia conuerſacio eo
rum in celis eſt licet corporaliter
ſint in terra Cupiunt enĩ diſſolui
et eſſe cũ xp̃o. vnde apoſtolus ad
Rõ. vij. Infelix ego homo quis me
liberabit de corpore huius mortis
⁊c. Vnde verũ ſignum eſt ꝙ habꝫ
ſpiritumſanctũ qui non curat iſtã
terrena nec timet exponere vitam
ſuam ꝓpter deum. Tercio apparuit
in ſpecie lingue ad innuendum ꝙ
quos ſpiritusſanctꝰ replet. affabi
les ad ꝓximos reddit ⁊ de diuinis
loqui facit Gloſa. Sicut olim ſig
num erat vt omniũ linguis loque
rentur qui ſpm̃ſanctũ habebant.
ſic nunc ſignũ eſt ꝙ q̃ ſpm̃ſanctũ
habent pacẽ cum ꝓximo loquunt
et tenẽt ſimul. ꝙ q̃ dei ſũt loquun
tur ⁊ tractãt. ꝙ ſpũſſanctꝰ venit in
linguis igneis vt linguis oim gẽ
cium verba ignea loquerent et le
gẽ igneã linguis igneis p̄dicarẽt
Qui ergo habuerit linguã detra
hentẽ ⁊ mendacẽ ⁊ c̃ deo nõ loqui
tur nõ habet ſpm̃ſanctũ. De iſta
materia require ſermone Sit aũt
omnis homo velox ad audiẽdũ.
Quarto datus eſt ſpũſſanctus in
ſpecie flatus Joh. xx. Inſufflauit ⁊
dixit eis. accipite ſpm̃ſanctũ. Vo
luit p flatũ ſignificari ſiue p ſpm̃
qui attrahitur ad cor vt oſtendere
tur eius neceſſitas. ſicut enĩ corpꝰ
non poteſt viuere ſine vllo ſpũ. ſic
anima non poteſt viuere ſine ſpiri
tuſancto. pſ. Auferes ſpm̃ eorũ et
deficient ⁊c. ⁊ ſequit Emitte ſpm̃
tuum ⁊ creabuntur. Joh. vi. Spiri
tus eſt qui viuificat ⁊ quia ſic eſt
neceſſarius. debemꝰ cum omni dili
gencia precauere ne ſpũs impedi
atur a corde noſtro Prouerb. iiij.
Omni cuſtodia ſerua cor tuũ q̃m
ab ipſo mors ⁊ vita ꝓcedũt Freqñ
ter debemꝰ apire os p cordis deſide
rium ⁊ orãdo attrahere ſpm̃ſanctũ
ad refrigerandũ ab ardore viciorũ.
vñ pſ. Os meum aperui ⁊ attraxi
ſpm̃. Quinto apparuit in ſpecie co
lumbe ſup ihm baptiſatum Luc.
iij. Ad innuendũ ꝙ q̃ volunt acci
pe ſpiritumſanctũ dñt eſſe in vita
ſua vt columba. columba ẽ ſine felle.
ſic tales dñt eſſe ſine felle ire. odij.
et inuidie. que dicũtur fel ꝓpt ama
ritudinem ꝙ ſunt amara vt fel. Et
ideo dixit petrus ſymoni mago q̃
volebat emẽ ſpiritũſanctũ in felle
amaritudinis video te eẽ ⁊c. Actu.

Johannes Cranebürger

viij. Ipſe enī erat plen⁹ felle inui
die q̄ ipē inuidebat apoſtol' q̄ ta
lia ſigna faciebāt p ſpm̄ſanctū et
volebat ab eis emē talem ſpm̄ mi
racula faciēdi. q̄ eī habebat fel i
nidie. ideo nō recepit ab eis. Sic ꝛ
nos ſi volum⁹ ſpm̄ſanctū accipere
debem⁹ cordis amaritudines depo
nere Eph. iiij. Oīs amaritudo ira
et idignacō clamor ꝛ blaſphemia
tollat a vob̄ cū oīni malicia Eſtote
aūt inuicē benigni ꝛ miſericordes
donātes iuicē ſic et de⁹ in xp̄o dona
uit vob̄ et tūc poteritis ſp accipere
ſpiritūſanctū Itē colūba gemitū
p cātu habet. ſic nos p peccatis no
ſtris gemere debem⁹ yſaie. lix. Ru
giem⁹ q̄ſi vrſi ōnes ꝛ quaſi colūbe
meditātes gemem⁹ Iſido. Geme
re ꝛ flere debem⁹ reminiſcētes q̄ gra
uia ſunt q̄ cōmiſim⁹. q̄ delectabilia
celi gaudia q̄ amiſim⁹. q̄ horribi
lia iferni tormēta q̄ meruim⁹ Criſ.
Cogitare debemus q̄ta ſit felicitas
ſemp eſſe cū deo. q̄ta miſeria viue
re in hoc ſeculo. q̄ta calamitas ſp
cruciari in inferno. Inde generātur
luctus qui meret ſpūſſancti ꝯſola
cionē. Mathei. v. Beati q̄ lugent
quoniā ipi ꝯſolabuntur Itē colū
ba ſolet libenter nidificare in fora
minib⁹ petre. Per petrā ſignifica
tur xp̄s. foramina petre ſūt vulne
ra xp̄i q̄ in cruce ſuſtinuit in quib⁹
aia ſancta habitare debet p iugē
memoriā paſſionis xp̄i. vnd̄ dicit
ſpōſa aīe Cāt. ij. Veni ſpōſa mea
colūba mea in foraminib⁹ petre.
quaſi diceret. pone cor tuū ꝛ cogi
tacōnes tuas in vulnerib⁹ meis co
gitando quāta p te ſit ppeſſus Ori
genes. O aīa mea ſi q̄etē deſideras.
ſi ſecuritatem affectas. aſſume pē
nas ſicut columba ꝛ volans nidifi
ca in vulneribus xp̄i. Nuſq̄ quies
gracior nuſq̄ ſecuritas tucior. quia
ibi diſces que predices ſupbis. q̄
xp̄s non habuit ſup quod vel vbi
caput ſuum reclinaret. Quid iracū
dis q̄ tanq̄ ouis ad occiſionē du
ctus eſt et ſicut agnus coram ton
dente ſe obmutuit dum male tra
ctaretur ꝛ nō aperuit os ſuū Quid
inuidis q̄a pro crucifixoribus ſuis
patrem exorauit dicēs Pat ignoſ
ce illis q̄a neſciūt ꝛc. Quid accidi
oſis q̄a accelerauit ad mortē. Vn
de ait ad iudam Quod facis fac ci
ciūs. Quid auaris quia nudus pē
debat in cruce. Quid guloſis quia
potatus eſt felle ꝛ aceto. Quia igi
tur omnia mēbr̄ domini affluunt
miſericordia. nec deſunt foramina
per que fluit ipa. quia foderūt ma
nus meas ꝛ pedes meos ꝛ lat⁹ me
ū. Ad que membra et foramina
recurſum habeas eius paſſionē
meditando et graciam inuenies.
Rogemus.

De eodem. ſ. xcv.

Si quis diligit me ſermonem meum ſer
uabit et pater meus diliget eū ꝛ
ad eum veniemus et manſionem
apud eum faciemus Johan. xiiij.
In verbis ꝓpoſitis dominus duo fa
cit. Primo hortatur nos ad ſuam
caritatē. Scd̄o ponit caritatis vtili

tatem. primuȝ tangiť ibi Si quis
diligit me. scd̄m ibi. Et pať meuſ
diliget eū. Nōdū ꝙ dn̄s ſpēaliť
ad q̄tuoꝛ genera hominū venit ſed
nō manet niſi in vno genere homi
nū. Nā aliq̄ ſunt ad quos venit do
min⁹ ⁊ pulſat vt intromittať ⁊ vt
ibi maneat. ⁊ illi nō audiunt vocē
eius nec vidēt ei nec intromittūt
et cū illis nō manet dn̄s Alij ſunt
qui vocē eiuſ audiūt ⁊ vidēt non
tn̄ intromittūt nec cuȝ illis manet
domin⁹ Tercij ſunt q̄ audiūt vocē
dn̄i et intromittūt. ꝫ poſt paululū
eiciunt nec ibi manet dn̄s. Quar
ti vocēȝ domini audiunt ⁊ intromit
tunt eum ⁊ bene tractāt ⁊ volunta
tem eius faciunt ⁊ cū talibus ma
net domin⁹. Primi q̄ nec vocē eiuſ
audire volūt. nec videre. nec intro
mittere volūt. ſūt pctōreſ deſperati
qui ita indurati ſūt ꝙ ꝑ nullū mo
dum cōuerti poſſunt ad deū de pec
catis. ad quoꝝ hoſpiciū venit dn̄ſ
et pulſat multis modis Aliquan
do ꝑ predicatorēs. aliqn̄ ꝑ tribula
tiones. aliquādo ꝑ infirmitates. ꝑ
pauptates. aliqn̄ ꝑ inſpiracōes ⁊
remoꝛſum cōſciencie Per p̄dicato
res pulſat dn̄s. qn̄ p̄dicatoꝛ nun
ciat eis penā eterne damnatiōis ſi
nō fuerint ꝯuerſi. ꝓmittit eis gau
dia eterna diuine viſionis. ꝓponit
eis incertitudinem ſue moꝛtis. Ip
ſi autem ſunt ita indurati ꝙ nō ti
ment penas eternas. nec curant ꝓ
miſſa eterne vite nec ꝑpendunt de
moꝛtis incertitudine. De iſtis dici
tur Job. xli. Indurabiť coꝛ eius ſi
cut lapis ⁊ ſtrigeť q̄ſi malleatoꝛis

incus. Cōpat aūt eos lapidi. et ve
re lapidi ſunt ſimiles ꝙ quicq̄d ſe
minať ſup lapidē nō facit fructuȝ.
Sic etiā verbuȝ dei q̄d predicatur
ipſis nō facit fructum in coꝛdib⁹
eoꝝ. vn̄. Luc. viij. Semē eſt verbū
dei. q̄d aūt cecidit ſup̄ petrā natuȝ
aruit. ꝙ nō habebat humoꝛē. Itēȝ
lapis grauis eſt ⁊ ſemꝑ tendit de
oꝛſum et non ſurſum ad celeſtia ꝫ
ſemꝑ ad infima donec ad vltimuȝ
dimergatur in infernum. vnde di
citur Exodi. xv. Deſcenderunt in ꝓ
fūdum quaſi lapis Compaнť eti
am incudi. ꝙ incus quāto magis
cuditur ⁊ ꝑcutiť. tanto magis idu
ratur. ſic tales q̄to magis arguū
tur ꝑ p̄dicatores tanto deteriores
ſūt Iſti ſimiles ſūt pharaoni quē
quanto magis domin⁹ flagellauit
tanto magis indurabatur. vn̄ do
minus ipm̄ tandem in mari rubro
ſubmerſit cum omnib⁹ ſuis. ſic ta
les indurati tandē mergentur in ꝓ
fundū inferni. Scd̄o venit domin⁹
ad quoſdā ⁊ pulſat. Illi audiunt
vocem eius et reſpondēt nec tamē
intromittūt. Hij ſunt q̄ peccatorēs
ſe recognoſcūt nec peccata dſerere
volūt. voluntatē cōuertēdi cupiūt.
ſed illam ad effectuȝ nō ꝑducūt. ꝫ
ſemꝑ de die in diē d anno in annū
ꝓtrahunt. eccl̄ias frequētant. ele
moſinas dant oꝛant et ieiunant.
vſuram ⁊ iniuſta bona amodo re
cipe nolūt. ꝫ que habent rēſtituere
nō volūt. Iſti volūt duob⁹ dn̄is ſer
uire. ſ. deo ⁊ dyabolo. cuȝ tamen do
min⁹ dicit Mat. vi. Nemo p̄t duo
buſ dominiſ ſeruirē Iſti ſūt ſimiles

ſamaritanis q̃ adorabāt deū iſrł
et cum hoc etiā coluerūt deos ſuos.
ſic iſti volūt ſeruire deo ⁊ mamone
⁊ bonis iniuſtis que tenēt ⁊ redde
re nolūt. cum tamen dominꝰ dicat
Non poteſtis deo ſeruire ⁊ mamo
ne Math. vi. Hij ſunt qui vocē dei
audiunt nec tamē intromittūt ꝗ
peccatores ſe recognoſcit ⁊ ꝓpoſi
tū hn̄t ſe ↄuertendi ſʒ nō ad effe
ctum ꝑducūt ⁊ cum tali bꝰ nō ma
net dominꝰ. Tercio venit dominus
ad quoſdam ⁊ pulſat. illi vocē eiꝰ
audiunt reſpondēt ⁊ intromittunt
et nō longe poſt male tractant et
viliter eiciunt. Hij ſūt qui in qua
drageſima peccata ſua confitentur
vel in infirmitate ⁊ corpus chriſti
accipiunt ⁊ ſtatim poſt paſcha vł
qñ de infirmitate ↄualuerunt. ite
rum peccāt ⁊ dominū de domo ſua
reijciunt Iſti ſunt ſimiles iudeis q̃
dominum cū magno honore tan
ꝙ regē ſuſceperūt. ⁊ poſtea in pa
ſceue cū magna ignominia tanꝙ
latronē ⁊ furem eiecerūt et occide
rūt. Sic faciūt illi q̃ recidiuant: do
minum crucifigūt. ſicut dicit apo
ſtolus ad Heb. vi. Rurſum crucifi
gentes filiū dei. ꝗ quociēſ pecca
tor pctm̄ reiterat vł recidiuat pro
quo xp̄s paſſus ē. totiēſ paſſionē
ſuā quātū in ſe ē renouat Tales q̃
intendūt dn̄m reicere melius face
rent vt nō reciperent eū. quia tur
pius eicitur ꝙ nō ſuſcipitꝰ hoſpes
Quarto venit dominuſ ad quoſdā
et pulſat Illi audiunt vocē eius
et intromittunt et totis viribꝰ ſtu
dēt quomō domū ſuā preparent.

vt dominꝰ nihil in ea inueniat qđ
oculis ſuis diſplicere poſſit ⁊ cum
talibus manet dn̄s Hij ſunt q̃ ex
toto corde deum diligūt ⁊ eiuſ mā
data cuſtodiunt Iſti figurati ſunt
ꝑ laſarū ⁊ ſorores eius ad quos
ſepe venit dominus ⁊ cum eis liben
ter manebat. Quia eū diligebant
et mādata eius cuſtodiebāt Per
laſarum intelligitur q̃libet fidelis
qui habet duas ſorores. id eſt cor
pus ⁊ animam Per mariā ſignifi
catur anima. Per marthā corpꝰ.
marie officiū fuit cōtemplari. q̃a
ſedebat ſecus pedeſ domini audiēs
verba dn̄i ⁊ tractans illa in corde
ſuo ↄtemplando celeſtia. Martha
autē rexit familiā ⁊ miniſtrabat
neceſſaria mēſe. cibaria prepabat
et hoſpites recipiebat. ⁊ circa hu
iuſmodi exteriora officia ſollicita
erat. Quicūqʒ ergo vult dn̄m ſuſti
nere i hoſpicio cordis ſui. debet ſtu
dere ꝙ iſte due ſorores. ſ. corpuſ ⁊
aīa exerceāt hm̄oi officia. Maria
⁊ anima debet vacare ↄteplacōi.
celeſtia eťna. ⁊ diuina cogitare. ſa
crā ſcripturā legere. verbū dei au
dire. deū ſup omnia diligere ⁊ pxi
mū ſuū ſic ſeipm̄. mandata dei ſer
uare ſenſus ſuos ⁊ vireſ aīe cuſto
dire. Debet enī cuſtodire deſideriū
aīe ſue: ne deſideret que mala ſunt.
Debʒ cuſtodire memoriā ne cogi
tet que contra deū ſūt. Debet cuſto
dire amorem ſuū ne amet que il
licita ſunt. debet ↄdolere pximis in
aduerſis ⁊ cōgaudere in pſperis ⁊
ſimilia. Martha autē ⁊ corpus dēt
exterioribus operibus occupari

vigilare·ieiunare·carnez ſuã d iſci
plinare·eccĩas frequentare·genu
flexiões facere·deuote orare ꝓ pecca
tis flere·opa miſericordie i primis
exercere·eſurientes cibare·ſitiẽtes
potare·nudos veſtire hoſpites reci
pe·infirmos viſitare captiuos redi
mere ⁊ ꝯſolari·mortuos ſepelire ⁊
ſimilia.ſ.indoctos docere·errãtes
dirigere·delinquẽtes corripere me
ſtos ꝯſolari·indigentibꝰ ꝯſilio cõ
ſilium dare·egentibꝰ gratis dare·
cum talibus libenter manet domi
nus De talibꝰ dicit dñs Jo·xiiij·
Si qs diligit me ſermonẽ meũ ſer
uabit ⁊c̃·Jſta quatuor genera ho
nũ figuãta ſũt·iij·Re·xix·vbi dici
tur ꝙ cũ helyas ꝑplexta eſſet in mõ
te oreb ⁊ in ſpelũca lateret venit ad
eum vox dicẽs Egredere ⁊ tranſibit
corã te dñs q̃ ſurgẽs ſtetit i hoſtio
ſpelunce Et ꝑmiſit dñs q̃tuor mirã
bilia ſigna priũs añꝙ ipẽ veniret·
Primo venit ventus grãdis ⁊ fortis
ſbuertẽs mõtes ⁊ ꝯterens petras·
ꝫ nõ venit cũ illo dñs Scdõ venit cõ
mocio tre ⁊ magnꝰ tre motꝰ factꝰ
eſt ⁊ horribilis ꝫ nõ venit cũ illo do
minꝰ Tercõ venit ignis magnꝰ et
nõ venit cũ illo dñs Quarto venit ſi
bulus aurẽ tenuis ⁊ cũ illo venit do
minꝰ Per illa quatuor ſigna ſigni
ficãt quatuor genera hominũ ſupi
us poſita·Per ventũ grandẽ q̃ ſub
uertit montes ⁊ cõterens petras·
ſignificat deſperacio que ſbuertit
hominẽ et repellit ab eo omnẽ gra
ciam et exiccat fontem pietatis di
uine·qr vbi deſperacõ ẽ in corde ibi
fons diuine grẽ ⁊ miſericordie nõ

põt influere ⁊ ꝑ nullũ pctm̃ offen
dit ita deꝰ ſic ꝑ deſperationẽ qd eſt
pctm̃ in ſpm̃ ſanctuz qd nec remit
titur hic nec in futuro·ſicut dicit
Mat·xij·⁊ cũ talibꝰ nõ manet do
minꝰ·Per cõmocionẽ terre ſignifi
cantur illi q̃ cõcipiunt bonũ ꝓpoſi
tum ꝫ nõ ꝓducunt ad effectũ Ter
ra licet moueat aliqualiter nõ tñ
cadit totaliter Sic iſti mouent ad
bonũ faciendũ ⁊ cõcipiunt volũta
tem ſe velle emendare ꝫ iſtaz volũ
tatem non ꝓducunt·ad effectuz ⁊
cum talibus non manet dominus
Per ignem ſignificat inflamans
delectacio quã ꝯcipit homo qñ re
colit pctã ꝑterita cõplacencia·ex
hoc accendit ignis male ꝯcupiſcen
cie q̃ facit eaz recidiuare poſtꝙ cõ
uerſus ẽ ⁊ eicit dñm de hoſpicio et
cũ talibꝰ ñ manet dñs·Ad vltimũ
venit ſibulus aure tenuis ⁊ cũ illo
dñs venit·ꝑ quẽ ſignificat deuotũ
deſideriũ anime diligentis deũ·q̃ di
ligit deũ ex totis viribꝰ ſuis ⁊ deſi
derat euz Jn tali deſiderãti ⁊ diligẽti
anima manet dñs Prouerb·viij·
Ego diligentes me diligo ⁊ q̃ ma
ne vigilauerit ad me inueniet me
De talibꝰ dic dñs in vbo ꝓpoſito Si
quis diligit me ſermonem meum
ſeruabit·Rogemꝰ·

De eodem. F·xcvi·

Q̃M bonꝰ ⁊ ſua
uis ẽ dñe ſpũs tuꝰ in nob
Sap·xij·Nõ duplex eſt ſpũs ſcili
cet bonus ⁊ malus·Spiritus bonꝰ

eſt deꝰ · malꝰ eſt diabolꝰ ſpūs ma
lus impugnat hominē ꝑ ſeptē pec
cata mortalia · cōtra illa ꝯfert bonꝰ
ſpūs ſeptem dona contra q̄dlibet
pctm̄ ſpeciale donum ad repugnā
dum · Primū pctm̄ mortale eſt ſu
ꝑbia · Augꝰ · Supbia eſt amor ꝓ
prie excellencie · vel ſic · Supbia eſt
quedaꝫ p̄ſumpcio cuꝫ qua p̄ſumit
vel audet homo abſqꝫ timore dei fa
cere ea que ſcit eſſe cōtra deū crea
torem ſuum videlicet · peccare · ⁊ ideo
dicitur ſupbia iniciū omniſ peccati
Iſidorꝰ Supbia eſt origo omniū
criminū · qꝛ omne crimen vel pecca
tum oritur ⁊ iniciū habet ex hoc ꝙ
homo p̄ſumit ⁊ audet facere q̄ ſūt
ꝯtra deum Iſtud eſt pctm̄ dyabo
li ꝓpē q̄d eiectꝰ fuit de celo eo ꝙ p̄
ſumpſit ſe opponē deo ſuo ⁊ qꝛ ip
ſe i illo cecidit · ergo ipſe in illo ma
gis hoies temptat · ſed qn̄ hō preſu
mit ⁊ audet facere ea q̄ ſunt ꝯtra de
um tunc ꝓnus eſt ad omne malū
faciēdū · Cōtra hoc malū .ſ. ſupbiā
dat ſpūſ bonꝰ donum ſuū videlicet
timorē Hꝰ domi virtꝰ eſt ꝙ fac ho
minē ita timoratū ⁊ tm̄ timere deū
ꝙ ꝓ toto mūdo ⁊ ꝓ vita ſua n̄ vellet
aliq̄d facere q̄d ſciret eſſe ꝯtra deū
⁊ oia opa ſua facit cū timore ⁊ oia
verba ſua loquitur cū timore Iob ·
ix · verebar oia opa mea · Si ergo
habes illaꝫ grām ꝙ omnia verba
tua ꝓferas cū timore · ſēper timens
ꝙ deo poſſit diſplicere ⁊ ꝓximo tuo
nocere · ſignū eſt ꝙ habes p̄mū do
nū ſpūſſancti ſcꝫ timoreꝫ Item ſi fa
cis oia opa tua quantūcūqꝫ bona
ſunt ſemꝑ cū timore timens ꝙ deo

non ſint accepta · ꝙ non ſint adeo
ꝑfecta ſic deberent · nec cū tanta dili
gentia facta ſicut expediret · nec cuꝫ
tanta caritate facta ſicut deꝰ bene ē
dignꝰ · ſignū ē hꝰ domi ſcꝫ timoris ·
Item ſi tm̄ times offendere deū tuū
ꝙ nolles omnes diuicias accipere
ſꝫ potiꝰ velles omnē penā ſuſtinere
q̄ ꝯtra deū tuuꝫ ex ꝓpoſito ⁊ indu
ſtria peccare · certū ē ꝙ habes hoc
donū ſpūſſancti ſcꝫ timorem Iſtō
donū eſt homini maxime neceſſariuꝫ
quia dicitur Eccī · p̄mo qui ſine tio
re dei eſt ꝓnus eſt ad omne malū
faciendum Item Inicium ſapien
cie timor domini Item timor domi
ni expellit peccatū · Item qui ſine ti
more dei eſt nō poterit iuſtificari
⁊ ſaluꝰ fieri Scdm pctm̄ mortale ē
inuidia Auguſtinus · Inuidia eſt
dolor aliene felicitatis Multa ma
la facit homini inuidia · Indurat
cor ꝙ non poteſt compati afflictō
nibus proximorum Claudit ocu
los ꝙ non poteſt videre felicitateꝫ
aliorum Obturat aures ꝙ non po
teſt audire loqui de alio bonum ·
Claudit manuꝫ ꝙ non poteſt da
re indigētibꝰ elemoſinam · Reſtrin
git pedes ꝙ n̄ poteſt ire ad ꝓximo
rū vtilitatē · Claudit os ꝙ non p̄t lo
qui de alio bonum · hec oia facit in
uidia · Contra hoc peccatum datur
ſcdm donū ſpirituſſancti .ſ. pietas
Pietas ſcdm Greḡ · ideꝫ eſt q̄d mi
ſericordia · Virtꝰ huius domi eſt
ꝙ facit hominem miſericordem ⁊
ꝯpaſſiuuꝫ in neceſſitatibꝰ ꝓximorum
vn̄ Miſericordia ē triſticia i alieis
maꝉ Augꝰ · Quid eſt miſericordia

niſi aliene miſerie in corde quedã
cõpaſſio. Si ergo habes talez gra
ciã ꝙ qñ vides ꝓximũ tuũ afflictuz
vel tribulatũ ꝙ cor tuũ eſt ꝑatum
ad gemendum ⁊ cõpaciendũ. ocu
li ꝑati ſunt ad flendum manus ad
largiendum. os tuum ꝑatũ ad con
ſulendum ⁊ cõſilium danduz vel do
cendum. pedes parati ad viſitãdũ
aures ꝑate ad audiendũ vocez ei⁹.
oculi apti ad vidẽdum dolorez ei⁹
brachia tua ꝑata ad ſubleuandũ
vel portandũ infirmum. certuz eſt
ꝙ habes donum ſpũſſancti ſcz pie
tatem. ꝙ iſta oĩa nullus põt habe
re ſine ſpeciali grã ſpũſſcĩ. Si autez
quando vides ꝓximum tuuz tribu
latum cor tuum eſt adeo duruz ꝙ
non poteſt cõgemere ⁊ compati et
oculi non poſſunt flere. ⁊ ſic de ſin
gulis ⁊ lingua tua neſcit ꝓximum
tuũ poſt terguz ſuum excuſare ſed
potius quod audiſti aliis reuelarẽ
⁊ aliquando nõ minuere ſꝫ magis
augmẽtare Si olfactus tuus non
põt paupem ſuſtinere. ſꝫ auertis
te ab eo quaſi videatur tibi fetere.
oculi tui non poſſunt plagas eius
videre ⁊ ñ poſſunt man⁹ infirmuz
tangere. ⁊ brachia nõ poſſunt eũ
leuare vel portarẽ. ſic legitur de btã
elizabeth Si oĩa iſta non potes fa
cere. ſignũ eſt ꝙ non habes ſecun
dũ donuz ſpũſſancti ſcz pietatez Et
ſi ſine hoc bono ſcz miſericordia
mortuus fueris nequaꝙ̃ ſaluus
eris. ꝙ miſericordibus dicet Veni
te benedicti pris mei ⁊c. Tercium
mortale pctm̃ eſt ira. Ira oculum
mentis excecat Ira eſt deſiderium

vindicte Multa mala facit ira homi
excecat oculum mentis. aufert ho
mini ſenſus ⁊ racõem. facit eũ inſa
nũ ſicut dicit Aug⁹. Linguaz ꝓuo
cat ad contendẽduz ad maledicen
dum os exaſperat ad improperan
dũ ⁊ ſbſannãdum. man⁹ ꝓuocat
ad percuciẽduz ⁊ iactanduz nec pri
nec matri parcit nec deo ſuo nec pro
prie ſaluti ⁊ honori Auguſti. Ho
mo iracundus ad omne malũ ẽ ꝓ
n⁹ ⁊ inclinatus. hec oĩa mala facit
iracundia. Cõtra hui⁹ pctĩ malum
datur tercium donum ſpũſſancti
ſcz ſciã Virtus hui⁹ doni eſt ꝙ do
cet hoiem recte cõuerſari i medio
nacõis praue ⁊ pucrſe Aug⁹. Scie
cia eſt diuinarum ⁊ humanarum
rerꝫ agnicõ Ex his colligitur ꝙ do
nũ ſcie ſtat in hoc ꝙ homo ſciat in
hoc ſeclo qualiter cũ hoib⁹ debeat ꝯ
uerſari ꝙ vita ſua deo placeat ⁊ ta
men cũ hoc hoibus irreprehẽſibi
lem exhibere. Ita ꝙ omnes qui vidẽt
eũ vel audiũt de eius cõuerſacione
emendentur. Vnde dñs in euãge
lio Mat. v. Sic luceat lux veſtra ⁊c̃
⁊ apl's ait Rõ. xij. Prouidentes bõ
nõ tm̃ coram deo ſed etiaz homini
bus omnib⁹ Nõ ſatis eſt i hoc ꝙ
tm̃ deo ſeruiat ſed etiaz aliis bonũ
exemplũ ⁊ bonam ꝯuerſacõez oñ
dat Sed quidaz ſunt qui hñt illã
grãz ꝙ bene ſciunt ꝯuerſari in mũ
do cũ hoib⁹ ⁊ tñ cũ hoc hñt illd i
fortuniũ ꝙ neſciũt ſe cuſtodiẽ ⁊ ca
uẽ n̉ commiſceãt pccĩs ⁊c. Vita eo
rum deo diſplicet licet tamen cuz
hoib⁹ gracõſe conuerſentur. Sunt
alii q̃ ſanctam ⁊ bonaz vitã ducũt

⁊ deo placent ⁊ habent illud infor
tunium ꝙ non ſunt affabiles vel
tractabiles ⁊ ita indignati ita tedi
oſi in factis ſuis ⁊ ita diſtorti in mo
ribus ⁊ ita inepti in omnibus . ꝙ
nullus pōt cū eis ↄuerſari bene . ꝙ
nullus de eorū cōuerſacione edifi
catur . ꝙ omnis qui eos audiūt vł vi
dent vel cū eis cōuerſantur habēt
tediū de eis . ⁊ tn̄ ſunt boni ⁊ ſancti
corā deo Sunt etiam aliqui qui bo
nam ⁊ ſanctā vitam ducūt et cum
hoc habent illud fortuniū ꝙ hoīes
eos diligunt ⁊ cū eis libent̄ ↄuerſā
tur et eos libenter vident . libent̄ au
diunt ⁊ quicq̄d loquūtur docēt vł
p̄dicāt vł faciunt . hominibꝰ ⁊ ccep
tū eſt . ⁊ placet . et omnes de ↄuer
ſacōne eorū emēdantur Iſtud pro
uenit ex dono iſto tercio ſcꝫ ſciētia
Iſtd ergo donū ſcīe qd docet bene
ↄuerſari eſt neceſſariū ↄtra iraꝫ q̄
fac hominē male ↄuerſari . Quartū
mortale pctm̄ eſt acidia q̄ facit ho
mini multa mala . Acidioſus enim
nō pōt dura ſine murmuracōne ſu
ſtinere . vnū verbum nō poteſt ꝓpt
deū ſuſtinere vł ſupportare . nō pōt
ieiunare vł orare . neqꝫ diſciplinas
recipe . neqꝫ eccl̄ias frequētare . neqꝫ
verbum dei audire . nullū damnuꝫ
nullam flagellacōneꝫ . infirmitatē
doloreꝫ pōt cū paciētia ſuſtinē . ꝓ
modico damno cōtra deū murmu
rat . tediū vite habet . ſibiipſi male
dicit . mortem ſibi optat ⁊ ad oīa
mala eſt patꝰ . ad oīa bona tardꝰ
omnia iſta mala facit acidia . Con
tra hoc quartū viciū datr̄ q̄rtuꝫ do
nū ſpūſſancti ſcꝫ fortitudo Virtꝰ

hmōi doni eſt ꝙ reddit hoieꝫ for
tem ad omnia aduerſa tolerāda .
agilem ad omnia bō facienda ⁊ dat
pacientiaꝫ in omnibꝰ aduerſ tēp
tacōibꝰ flagellis ⁊ infirmitatibus .
Augꝰ . Fortitudo ē amor facile oīa
tolerans ꝓpt illud qd amat . Tullꝰ
Fortitudo eſt racōnabilis aggreſ
ſio terribiliū cū cōſtanti eorū ꝑpeſ
ſione . Hoc donuꝫ ē nobis maxime
ncārium qꝛ niſi fuerimꝰ fortes ad
bene operandū ⁊ ad ſuſtinenduꝫ nō
habebimꝰ in celo meritū . Quintuꝫ
pctm̄ mortale eſt auaricia Augꝰ .
Auaricia eſt multa cōgregare nec
ſupflua paupibus erogare Auari
cia facit hominē omnia deſiderare
omniaqꝫ congregare . nūq̄ abun
dare . ſemper de defectu formidare
proximum fraudare indigentibus
pce ⁊ nihil ſubuenire . oēꝫ ſpem in
iſtis tranſitorijs ponē . plus de bo
nis ſuis q̄ de deo cogitare Imo deū
ſepiꝰ obliuiſci . In ſapientia mun
dana quō opes acq̄rat nimis ſtude
re aut ſepiꝰ animam eterne dāna
cōni dare . omnia iſta mala fac aua
ricia . Contra hoc datur q̄ntū donū
ſpiritusſancti ſcilicet conſiliuꝫ Vir
tus huius doni eſt ꝙ docet homi
nem quomodo inter multa cōſilia
prudētius ⁊ vtilius conſilium ſciat
eligere . Diuerſa inuenimꝰ in hac
vita conſilia . q̄uiqꝫ de illis omnibꝰ
meliꝰ ⁊ prudentiꝰ eligere ſcit hoc
eſt ex iſto dono . verbi grā Mundꝰ
conſulit vt q̄ras diuicias potētias
honores dignitates ⁊ platuras . Ca
ro ↄſulit vt delicōſe viuas . bene cōe
das bn̄ bibas . diu dormias ſuauit̄

iaceas⁊ ſedeas vt nūq̄ pedes tuos
ſemel dure calcare ꝑmittas. vt nl'
lū incōmodū ſuſtineas. vt nullo cō
modo careas. vt molles veſtes in
duas. ⁊ ſepe carnē tuam balnees
nūq̄ te ſitire vel eſurire facias. ⁊ oī
tpe libidinem tuā expleas ⁊ nun
q̄ abſtineas. Dyabolꝰ ꝯſulit vt ſis
ſuꝑbus. inuidꝰ iracundus. ⁊ vt ca
das de pctō in pctm̄. Ipſe eniꝫ ceci
dit ꝑ peccatū de celo ⁊ ideo ſepe rcō
ſulit pctm̄ ⁊ caſuꝫ Ideo dixit ad cri
ſtū. hec omnia tibi dabo ſi ꝓcidens
adoraueris me Mali hoīes ꝯſulunt
tibi mala. fur furtū. raptor rapinā
vſurarij vſuram. ſic quilibet malꝰ
ſcḋm ſuā maliciam. Deꝰ aūt ꝯſulit ti
bi vt des bona tranſitoria ⁊ accipi
as eterna ⁊ vt des hic ſimplūa ac
cipias ibi centuplum. vt libenter
ſis hic pauper vt ſemper maneas
diues in celo vt ſuſtineas hic bre
uē tbulacōeꝫ ⁊ rcipias ibi leticiā
ſempiternaꝫ. vt ſuſtineas hic bre
uē ꝑ pctīs penitentiā vt euadas pe
nā infernaleꝫ vel purgatoriū. Iteꝫ
Mat. xix. Vēde omnia que habes
⁊ da paupibꝰ ⁊ ſeq̄re me et habebis
theſauꝝ in celo Mat. eod. Omnis
qui reliquerit domum aut fratres
⁊ c. ꝓpter nomen meum cētuplum
accipiet ⁊ vitā eternam poſſidebit
Item Luce. xvi. Facite vobis amicos
de mām̄ona iniquitatis vt cū defe
ceritis recipiāt vos in eterna taber
nacula. Ecce audiſti multa ꝯſilia ſi
ex iſtis ſcis melius ⁊ prudentiꝰ eli
gere ⁊ ſequi. hoc ē ex dono ſpiritus
ſancti quinto ſcꝫ cōſilio Audi Tho
biā iiij. ca. Omni tempe ꝯſilia tua

in ipō ⁊ in deo permaneāt Eccī. vi.
Cōſiliarius ſit tibi vnꝰ ex mille. q.
d. de mille ꝯſiliarijs elige tibi vnū
ſcꝫ deum. Sextū mortale pctm̄ ē gu
la. Gula facit hebetes ſenſus Iero
Pinguis venť tenuē ſenſuꝫ non gi
gnit. vñ Ecce. ij. Cogitaui vt a vi
no carnē meam abſtinerem vt ſic
transferrem animaꝫ meā ad ſapiē
tiaꝫ Guloſꝰ nihil aliud cogitat ni
chil aliud ſtudet. niſi quō ventreꝫ
repleat. vnde apoſtolus Phil. iij
Ipſi ſūt quoꝝ deus venter eſt ⁊ q̄
vētreꝫ ꝓ deo elegerūt ⁊ colunt. ita
ſēſus eorū hebetant. q̄ deum parū
cogitant vel intelligūt Contra hoc
datur ſextū donū ſpūſſancti ſcꝫ in
tellectus. Virtus huius doni eſt
q̄ acuit hominis ſenſꝰ vt ꝑ creatu
ras quas videt ſciat agnoſcere cre
atoreꝫ ſuuꝫ quem nō videt vt ꝑ ter
na ſciat comprehendere celeſtia
vñ Sap. xiij. A magnitudine ſpeci
ei ⁊ creature cognoſcibiliter poteſt
creator eoꝝ videri Rō. p. Inuiſibi
lia dei a creatura mundi ꝑ ea que
facta ſunt intellecta conſpiciuntur
verbi gracia. Videmus magnitu
dinem in firmamento ⁊ in mundo
per hoc poſſumꝰ intelligere q̄ cre
ator eorum ſit magnus ⁊ incōpre
henſibilis Si videmus claritatem
in ſole luna et ſtellis. Per hoc poſ
ſumus intelligere q̄ creator eoruꝫ
ſit multo clarior Si videmus pul
chritudineꝫ i roſa. flore. lilio ⁊ vio
la per hoc poſſumus intelligere q̄
creator eorum ſit multo pulchrior
Si videmus ſapientiam in aliqua
creatuā ſicut i ſpente. gallo ⁊ colū

ba. poſſumꝰ intelligere q̃ creator
eoꝝ ſit mł'to ſapiētior Job. xij. In
terroga iumēta ⁊ docebunt te vola
tilia celi ⁊ indicabunt tibi loquere
terre ⁊ reſpōdebit tibi. ⁊ narrabūt
tibi piſces. In omnibus iſtis crea
turis poſſumus aliquid de deo ⁊ de
celeſti gaudio cognoſcē. Si aliq̃s
homo audiat aliquā volucrē canē
tem dulciter vt philomenā vl' aliā
multū delectat' in hoc ſono. ꝑ hoc
pōt intelligere q' in celo vbi cantāt
tot chori angeloruꝫ ⁊ tot ſancti q'
ibi eſt maximū gaudiū et delecta
cō. Exemplū. Accidit in argentina
Quidā ſedebat in pomerio fratruꝫ
ſub arbore ⁊ habēs bonā vocem in
cepit cātare. hoc audiens quedaꝫ
phylomena aduolauit ⁊ poſuit ſe
ſup arboreꝫ et incepit naturalit' cō
tra eū fortiſſime cātare. Qđ audiēs
frater incepit vocem eleuare ⁊ illa
etiam vocem eius exaltabat ⁊ i tā
tum clamabat q' ſuffocata cecidit
de arbore i ſinuꝫ fratris. Ecce ſi vna
auicula irracōnal' creatura tantū
delectabat' in cantu hominis q̃lis
erit delectacō in celis vbi tot cātāt
angeli v'gines ⁊ ſancti. In omnibꝰ
iſtis et ſimilibꝰ que videꝰ ⁊ audiꝰ
poſſumꝰ ſuperna intelligere et cele
ſtia. Sed quidā ſunt ita rudes q' ni
hil ꝑ hmōi intelligunt ſed ſicut bru
ta animalia circa iſta terrena oc
cupantur. quibus dicit pſ. Noli
te fieri ſicut equus ⁊ mulus quibꝰ
non eſt intellectus. ¶ Septimum
peccatum mortale eſt luxuria ſiue
carnalis delectacō que facit homi
ni multa mala. mentem excecat. de
lectationem dei minuit. deum ſuuꝫ
cognoſcē n̄ ꝑmittit ⁊ creatoreꝫ ſu
um obliuiſci facit Gre. Cū luxuria
mētem inuaſerit nullum bonuꝫ co
gitare ꝑmittit Innocētius papa.
Luxurie vicium omnem etateꝫ cor
rūpit. omnē ſenſū cōfundit. omneꝫ
ordinem ſoluit. omnē gradū ꝑuer
tit. Inuadit enim iuuenes ⁊ ſenes
mares ⁊ feīas. prudentes ⁊ ſimpli
ces. ſupiores ⁊ iferiores. Ber. Lux
uria corpꝰ eneruat aīaꝫ maculat. fa
mā ꝑdit. ꝓximū offēdit deū omit
tit ſēſus hebetat. hoīeꝫ i pecudē mu
tat. ymo homo ꝑ euꝫ infra pecudē
degenerat. cum pecus ſeruet con
cupiſcendi tempora. luxurioſus cō
cupiſcit omni hora. Oīa iſta mala
facit luxuria ſiue carnalis delecta
cio. Contra hoc datur ſeptimum
donum ſpiritus ſancti ſcilicet ſapi
entia. Sapientia eſt ſapida ſciētia
et eſt quidaꝫ ſpiritualis ſapor dul
cedinis quem ſentit deuotus homo
in cōtemplacōne celeſtium. Iſido
rus. Sapientia ſolūmodo eterna con
templatur ⁊ illis iocundatur. Iſtđ
donum habuit btūs augꝰ. quādo
dixit. Introducis me domine aliqñ
in affectum multum inuſitatum in
trorſus neſcio in quaꝫ dulcedineꝫ
que ſi perficiatur in me. neſcio q̃d
aliud ſit vita eterna ſi illa non eſt
Donuꝫ iſtud datur contra luxuri
am ſiue carnalem delectacōeꝫ Gre
Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro
quia qui ſemel de illa ſapientia id
eſt ſapida ſcientia guſtauerit illi
omnis carnalis delectacō inſipida
eſt. ſicut qui mel comedit poſtea

ei alius cibus nō recte ſapit Sap.
xxiiij. Spūs meꝰ ſup mel dulcis ꝛ
hereditas mea ꝛ cōtēplacio heredi
tatis mee ſup mel ꝛ fauū. De iſta
materia require in die epħe in ſer
mone Factum eſt autem.

## Feria ſecunda poſt feſtum penthe coſtes. S·xcvij

Adhuc loquē
te petro cecidit ſpūſſanctꝰ
ſup omnes qui audierant verbuz
Actuum. x. Poſt aſcēſionez domi
ꝛ miſſionem ſpūſſancti cū apl'i p̄
dicarent in iudea verbum domini.
oſtendit dominꝰ petro per quādaz
viſionem. ꝙ etiā gentilibus verbuz
dei eſſet p̄dicādū. Et ſic beatus pe
trus venit ad quādam ciuitatem
gentilium nomine Ceſaria et ince
pit predicare verbuz dei. Et factum
eſt duz p̄dicaret cecidit ꝛ deſcendit
ſpūſſanctꝰ ſup oēs qui audierant
verbū dei. licet gentiles eſſent ꝛ ce
perūt loqui varijs linguis. Vtrū
autē in linguis igneis vel alia ſpe
cie viſibili ſpūſſanctꝰ deſcenderit in
certuz eſt. Sed certuz eſt ꝙ varijs
linguis ceperunt loqui et magnifi
cabant deuz ꝛ mirabātur fideles q̄
de iudeis conuerſi fuerant. ꝙ ſpūſ
ſāctꝰ datus fuerat gentilibꝰ et tūc
beatꝰ petrꝰ baptiſabat eos. ꝛ hoc
eſt ꝙ tangitur in epiſtola hodier
na In qua ſpecialiter attendēduz
eſt ꝙ ſpūſſanctꝰ datus eſt illis q̄
audierūt verbū dei. Multis eniz ge
neribꝰ hominuz datus eſt ſpūſſan
ctus. Primo datur ſpiritusſanctꝰ
verbuz dei deuote audientibꝰ et il
lud ope implentibꝰ. Luc. xi. Beati
qui audiunt verbū dei ꝛ cuſtodiūt
illud Quia dic̄ beatus Jacobus in
ſua canonica. ij. ꝙ non auditores
legis ſed factores legis iuſtifica
buntur. Quātū autem valet verbū
dei audire deuote patet in quodam
miraculo pauli. Require ifra octauā
epiphanie in ſmone p̄letis. Secun
do datur ſpūſſanctꝰ p̄miam ꝑ pec
catis agētibus. Actu. ij. Penitenti
am agite ꝛ ē ꝛ accipietis donum
ſpūſſcī. p̄niam autē dēt ſeq̄ pura ↄ
feſſio p quā adquirit̄ donuz ſpūſ
ſācti. Pſal. Os meū aperui ſcilicet
p ↄfeſſionem ꝛ attraxi ſpm̄ ſcilicz
ſāctū Jſtud figuratū eſt in hoc ꝙ
per manuuz impoſicionem dabat̄
ſpiritusſanctus. Actuum. viij. vn̄
cum audiſſent apoſtoli qui erant
iheroſolimis ꝙ recepit Samaria
verbum dei miſerunt ad illos pe
trum ꝛ iohannem qui cū veniſſet
orauerunt ꝑ eis vt acciperent ſpi
ritumſanctum. nondum enim in
quēꝙ̄ illorum venerat. ſed tamē
baptiſati erāt in nomine ieſu xp̄i
Eodē modo datur ſpiritusſanctus
q̄n poſt abſolucōnez ſacerdos in
cōfeſſione manū imponit Exēpluz
quidaz vidit nigros hoīes accedē
ad ſacerdotem ad confitendū qui
immūdi erant ꝛ claros ꝛ mundos
recedē Tercio dat̄ ſpūſſanctꝰ iſtis
q̄ ſe ex toto corde humiliant Jſtud
figuratū eſt in hoc ꝙ ſpūſſanctus
datꝰ eſt diſcipulis ſedētibꝰ Gloſa
Seſſio indiciū eſt humilitatis. vn̄
q̄cūq; vult recipe ſpm̄ ſcm̄ debz eſſe
huilis n̄ ſupbꝰ. vn̄ dī p̄. De q̄nto

Suꝑbis reſiſtit deꝯ humilibꝯ autē
dat graciā Bern̄. ſolet ſp̄ diuine
gracie familiaris eſſe humilitas.
ſic eniȝ aqua deſerit montes ⁊ flu
it ad valles. ſic gracia ſpiritusſan
cti deſerit corda ſupborū ⁊ deſcēdit
ad corda humiliuȝ Vnde q̄a ma
ria humil' erat ideo ſpiritusſanctꝯ
in eam deſcendebat Jdeo dixit an
gelus Luc. p̄. Spiritusſanctꝯ ſupue
niet in te ⁊ virtꝯ altiſſimi obūbra
bit tibi Exemplū in quadā nobili
domina que i monaſteriū itrauit
et omnia vilia officia accipiebat.
Require dn̄ica tercia poſt trinitatis
in ſmone Humiliamini. Quarto ſpi
ritusſanctꝯ datur cōcordibꝯ ⁊ vni
tatem ſeruātibꝯ Eccl. xxv. Jn tribꝯ
beneplacituȝ eſt ſpiritui meo que
ſunt ꝓbata coram deo Concordia
fratrum. amor ꝓximoruȝ. vir ⁊ mu
lier bene ꝯſencientes Jſtud figura
tū eſt Actuū. ij. vbi dicit. Cū cum
diſcipuli eſſent pariter. datus eſt
eis ſpūſſanctꝯ ⁊ erat illis omnibꝯ
cor vnum ⁊ anima vna in domino
Quicūq ergo volunt accipe ſpūm
ſctm̄ ꝯcordiā ⁊ vnitateȝ habere de
bent. Bern̄. Niſi in humilitate opꝯ
tuū feceris. deo qui vnꝯ eſt acceptū
nō erit. ⁊ dominus ꝓmiſit in euā
gelio Mat. xviij. Vbi duo vel tres
cōgregati fuerit in nomine meo
ſcȝ p cōcordiā ⁊ vnitatē in medio
illorū ſum. Exemplū in duobꝯ diſci
pulis euntibꝯ in emaus Luc. vlt.
Ecce q̄ bene valet ꝯcordia ⁊ vnitas
ps. Ecce q̄ bonuȝ ⁊ q̄ iocūdū habi
tare fratres in vnum Quinto ſpiri
tusſanctꝯ datur in oracione perſe

ueranti bꝯ Luc. xi Si ergo vos cum
ſitis mali noſtis bona data dare fi
lijs veſtris. quāto magis pater ve
ſter celeſtis dabit ſpm̄ bonū peten
tibus ſe. i. ſpiritūſanctum Actuuȝ
p̄. cū diſcipuli poſt aſcēſionem dn̄i
erant pſeuerantes in oracōne cum
mulieribꝯ ⁊ maria matre domini
acceperāt ſpiritūſanctū Et Luc. iij.
dicitur ꝙ baptiſato ihū ⁊ orante
deſcēdit ſpiritusſanctꝯ corpali ſpe
cie ſicut colūba ſup ipſuȝ. Quicūq
ergo voluerit ſpiritum ſanctū reci
pere debet in oracionibꝯ pſeuerare
Sexto datur ſpiritusſanctꝯ ipſū deſi
derātibꝯ ⁊ ſibi p cōtemplacionem
appropinquātibꝯ Eccl. xxiiij. Trā
ſite ad me omnes qui cōcupiſcitis
me ⁊ a generacōnibꝯ meis adimple
mini. ſpiritus enim meus ſuper
mel dulcis Jac. iiij. Appropinqua
te deo. glō. Per cōtēplacōnem ⁊
appropinq̄bit vobis. p ſpiritusſan
cti cōmunicacōm. Jſtd figuratum
eſt in hoc ꝙ diſcipuli acceperunt
ſpm̄ſanctū cū eſſent in ſupiori pte
domꝯ Gloſa. Qui ſpm̄ſanctuȝ deſi
derat. carnis domiciliū. mentis cō
tēplacōne calcet. Jn homine enim
due ſunt manſiones ſupior ⁊ inferi
or Jn inferiori habitat qui ea que
ſūt carnis cogitat ⁊ deſiderat Jn ſu
piori vero habitat qui corporalia
⁊ hmōi ꝯtemnēs ſoli deo vacat et
ſoli ei placere deſiderāt Septimo dat
ſpūſſctūs deū diligētibꝯ ⁊ mādata
eiꝯ ſeruātibus Jo. xiiij. Si diligitis
me mandata mea ſeruate et ego
rogabo patreȝ ⁊ aliū paraclitū dabit
vobis ſpiritū veritatis qui a patre

ꝑcedit. Qui ergo vult ſpm̄ ſanctū
recipe debꝫ eius mandata ſeruaē
De mandatis eius Requre dn̄ica. xi
ij poſt trinitatem in ſmone Abra
he Rogemus dominum ēc.

Ꝯ De eodem. ſ. xcviij

NOn eni miſit
dn̄s filiū ſuum vt iudicet
mundū ſed vt mūdus ſaluetur per
ipſuꝫ Joh. iij. Vnde in preſen̄ti euā
gelio poſſumꝰ notare duo. p̄mum
eſt dilectō ad nos. ſecūdū eſt exhi
bicio dilectōnis. Primū ibi Sic de
us dilexit mūduꝫ vt filium ſuū vni
genitū daret. Secūdū ibi. nō enim
miſit deꝰ filiū ſuum. Sciēdū autem
ꝙ deꝰ miſit ꝛ adhuc mittit nobis
diuerſa exempla in quibus oſten
dit nobꝭ dilectionis ſue ſigna. Pri
mo mittit. tēporalia ad ſuſtentan
dū Scd̄o doctores ad inſtruenduꝫ
Tertio angelos ad cuſtodiendū
Quarto filiū ſuū ad redimēdū Quī
to ſpiritū ſāctum ad ꝯſolandū. De
p̄mo dicit̄ Joel. ij. Ecce mitto vobꝭ
frumentū vinum ꝛ oleum ꝛ reple
mini in eis. p frumētū intelligit̄ pa
nis. p vinū potꝰ ꝛ p oleum oīa alia
alimēta q̄ oīa habemꝰ de dono dei
q̄ nobis ſingulis annis mittit ad
ſuſtentanduꝫ corpꝰ. vn̄ pſal. Om
nia ſubiecī. ſub. pe. eius hec oīa mi
ſit deus gn̄alit̄ omnibꝰ hominibꝰ
Qui ergo vltra neccītatē abſcondit
ꝛ indigentibus nō ptitur fur eſt et
a dn̄o maledictꝰ Prou. xi. Qui ab
ſcōdit frumētuꝫ in tēpore neccītatis
maledicet̄ a deo. benedictio autem
ſup caput vendentium Item Amb
Paſce fame morientē ſi nō paueris
occidiſti. ꝛ nō ſolū n̄ abſcōditū eē
debet frumētuꝫ ſꝫ nec pecunia qua
emit̄ frumentū Eccl. xxix. p de pecu
niam ꝑpter amicū tuū ꝛ non abſcon
das illam ſub lapide in pdicōneꝫ
Amb. Nō minꝰ eſt crimen habenti
tollere q̄ cū poſſit ꝛ abundās ſit in
digentibꝰ denegaē Eſurientis pa
nis eſt quē tu detines. viduarū in
dumentū qđ tu retines. miſeroruꝫ
redēpcio pecunia quā abſcōdis in tra
Tot ergo ſcias reddē bona quot
poſſis pſtaē. ꝛ nō ſolū ſit frumētū
abſcōditū ſꝫ nec pecunia q̄ frumētuꝫ
tū emitur. ſic ergo patet ꝙ deꝰ mit
tit nobꝭ tempalia quibꝰ paſcimur
que nō ſunt abſcōdēda ſed paupi
bus ꝛ indigentibꝰ impertienda. q̄a
q̄cq̄d homo vltra neccītatē reſeruat
contra animam ſuam r̄ſeruat. Ja
cobi. v. Diuicie veſtre putrefacte
ſunt ꝛ veſtimenta veſtra a tinea co
meſta ſunt. Auꝝ vel rū ꝛ argētum
erugmauit ꝛ erugo eoruꝫ erit vobꝭ
i teſtimoniū ꝛ mādūcabit carnes
vrās q̄ſi ignis ꝛ nō ſolū mittit no
bis deꝰ cibū tempalēꝫ. ſꝫ etiā mittit
nobis cibū ſpūalem ꝛ celeſtē in ci
bū anime Joel. ij. Ecce ego mitto
frumētū. p frumētū poſſuꝰ accipe
corpꝰ ſcꝫ ſacramentū qđ de frumē
to cōficitur. vn̄ dn̄s cōpauit ſe fru
mento Joh. xi. Niſi granū frumen
ti cadēs in t̄ram mortuū fuerit nul
lum fructuꝫ affert. qđ de morte ſua
dixit Et p vinuꝫ intelligit̄ ſanguis
xp̄i qui de vino conficitur. p oleum
gracia ſua ſiue miſericordia ſigni
ficat̄ Ꝯ Iſta tria mittit nobis quo

tibi e᷑ in cibum anime. Secūdo no
bis mittit ſuos nuncios .ſ. doctores
⁊ predicatores ad erudiendum.
Lu.xiiij. Hō quidā fecit cenā ma.
⁊ mi.ſer.ſu.ho.ce.di.in.⁊c. Iſte hō
xp̄s eſt qui prepauit per humili
tatē vitam eternā: ⁊ miſit ſeruum
ſuum.i.ordinē predicātium verbū
dei ſeminantiū ſm greg̃. Dicite in
uitatis. Et quicūq; audit illos au
dit ⁊ illū qui miſit eos. Unde cū
dn̄s mitteret diſcipulos ad predi
candū: ait. Qui vos audit: me au
dit: ⁊ qui vos ſpernit me ſpnit. ⁊
qui vos recipit me recipit Sȝ mul
ti obturant aures ſuas ad vocem
predicantium: ſicut ſerpens ad vo
cem incantantiū. Quis ſurd⁹: niſi
ad quos ſeruos meos miſi. Talib⁹
ↄtingit ſicut illis de quib⁹ dicitur
ꝓuer.xxi. Qui obturat aurem ſu
am ad clamorē pauperꝝ: ipſe cla
mabit ⁊ nō exaudiet̃ hic neq; in
futuro qn̄ dicēt. Dn̄e domine aperi
ſed rn̄debitur eis. Amen dico vobꝫ
neſcio vos. Math.xxv. Amen di
co vobis. nemo illoꝝ viroꝝ qui vo
cati ſunt ꝑ nuncios meos ⁊ eos au
dire noluerūt: guſtabunt cenam
meā. qui aūt audiunt intrabunt
dam honeſtiſſima venit dña baiu
lans puerũ pulcherrimũ in bra
chijs. Rogauit eum ꝓ elemoſina
Cumq̄ ille diceret õnia orrea ſua eſ
ſe vacua. dixit illa. Obſecro te per
virginẽ illam que ſaluatorẽ mũ
di cõcepit ⁊ peperit ⁊ virgo ꝑman
ſit vt tranſeas ad orrea tua ⁊ videas
ſi aliq̄d ſit in eis. Cumq̄ ille miſe
ricordia motꝰ cucurriſſet ad orrea
ſua inuenit õnia plena. Et reuerſus
q̄ſiuit illam dñam ⁊ nõ inuenit: ⁊
reuelatũ eſt ei in nocte ab angelo
dicente ſibi: q̄ ad paupes fuiſti
miſericors. xp̄s ihesus ⁊ maria ma
ter eius: hodie ad domũ tuã vene
rũt ⁊ te in filiũ elegerũt. vade ⁊ fac
te baptiſari ⁊ ſaluꝰ eris ⁊ ſic factũ
eſt. Secunda eſt q̄ miſericordia ſi
ue elemoſina delet pctã. Sicut enĩ
aqua extinguit ignẽ: ita elemoſi
na extinguit pctm̃. ꝓuerb. xiij. Re
demptio anime viri diuitie ſue. q. d.
Homo pt̄ ꝑ diuitias ſuas animã
ſuã redimere a pctĩs. vnde dicitur
Daniel. iiij. Daniel dixit ad regẽ
nabuchodonoſor q̄ñdo peccauit.
Pctã tua elemoſinis redime. Itẽ
Danielis. iiij. ⁊ Thob. iiij. Elemoſi
na ab õni pctõ ⁊ a morte animã li
berat ⁊ non patitur eã ire ad tene
bras. Exemplũ in dyalogo vbi di
cit̄. q̄ miles q̄dam eductꝰ de corpe
videbat quedã pontẽ ſub quo cur
rebat fluuius niger ⁊ fetidus ⁊ ex
alia pte erat locꝰ amenĩſſimꝰ vbi
beatorũ anime letabãtur. Ille põs
ſic diſpoſitꝰ erat q̄ nullꝰ malus ꝑ
trãſire poſſet niſi haberet̄ in flumi
ne. Et vidit quẽdam noĩe petrꝰ
deorſũ poſitũ cui graue põdus fer
ri erat ſuppoſitũ ⁊ ſic maxime cru
ciabat̄. Cumq̄ ſui cruciatꝰ cauſã
quereret dixit ei angelꝰ qui duce
bat eũ. Ecce iſte fuit inmiſericors
in ſeculo q̄ñdo debuit ex iuſſu dñi
ſui maleficos punire hoc fecit ſine
miſericordia ⁊ ideo punit̄ eterna
liter ſine mĩa. Poſt hec vidit q̄ ve
nit q̄dã ꝑegrinꝰ Ille ſine aliquo

impedimēto trāſiuit: ⁊ dixit ange
lus. Ecce iſte fuit miſericors i ſecu
lo ⁊ ideo miſericordiā dei eſt ↄſecu
tus Tercio venit q̄dam nomie ſte
phan⁹ hic dū veniſſet ad mediuꝫ
pōtis lapſus eſt ⁊ medio corpe ia
cuit ſupra ponte ⁊ alia ps corpis
de pōte dependit ⁊ demōes de flumi
ne exeūtes ipm p coxas traxerūt
deorſū ⁊ angeli p brachia traxerūt
ſurſū. tandeꝫ angeli p̄ualuerūt. Et
dixit angelus Ille fuit pctōr vicio
carnis pfecte nō reſiſtēs ⁊ tn̄ miſe
ricors ad paupes: ⁊ licet pctā car
nis vellēt eum trahere ad infernū
miſericordia tn̄ non pmiſit. Ter
cia vtilitas miſericordie eſt q̄ bo
na tempalia augmētat ⁊ multipli
cat. puer. xi. Alij diuidūt ꝓpria ⁊
ditiores fiūt. alii rapiūt non ſua ⁊
ſemp ſūt in egeſtate. Greg⁹. Ter
rene ſubſtātie p hoc q̄ paupib⁹
diſtribuūtur multiplicanẽ ⁊ licet
homies non ſemp aperte videant.
tn̄ certum eſt q̄ domin⁹ miſericor
diā facientib⁹ ſubſtantiā augmē
tat tam in orreis q̄ in cellarijs. p
uerb. iij. Honora dn̄m de tua ſub
ſtātia ⁊ de primicijs frugū tuaruꝫ
da paupibus ⁊ implebūtur orrea
tua ⁊ torcularia tua vino redūda
būt. qđ patꝫ in multis exemplis
Exemplū. eps quidaꝫ valde ſitiēs
vinū ſibi afferri iuſſit. Cumq̄ pin
cerna totū qđ in vaſculo erat hau
ſiſſet ⁊ epō detuliſſet. Ecce paup q̄
dam importunis p̄cibus ⁊ clamori
buſq̄ vinū illud ſibi dari popoſcit
⁊ p̄cepit eps ſibi dari illud. Cum
q̄ ampli⁹ ſitiret epus q̄ ante. Iuſ
ſit igitur in vas iterū inſpici ſiſo ẜ
te in eo aliq̄d māſiſſet ⁊ inuētum
eſt vaſculū plenum. Itē quidam
miles habens vineā ex qua ſingu
lis annis cōſueuit dare decem car
racas vini ꝓpter deum. quodā an
no vno carraca vini tn̄ in vinea e
rat. Et ait miles qđ mecuꝫ fuit ab
ſtulit mihi domin⁹. ego autē por
tiōem ſuam nō auferaꝫ illi ⁊ dedit
eam ꝓpter deum. Eodē tempore fra
ter eiuſdē militis tranſiens iuxta
p̄dictam vineā inuenit eaꝫ pleniſ
ſimā botris q̄ antea vnq̄ fuit. qđ
qđ cum retuliſſet militi benedixit
deuꝫ Quarta vtilitas miſericordie
eſt q̄ homini locū in celo prepat.
Eccī. xvi. Omnis miſericordia faci
et vnicuiq̄ locū ſm intellectuꝫ pe
grinacōnis illi⁹ ⁊ ſm meritū ope
rū eius Iheronī⁹. Non ſūt bona ho
minis que ſecū ferre non pōt ſola
miſericordia eſt comes defunctoꝝ
Yſidor⁹. Omnia terrena ſeruādo
amittim⁹. largiendo ſeruam⁹. diu
cum reb⁹ noſtris durarẽ nō poſſu
mus: q̄ nos illas aut moriēdo de
ſerim⁹. aut ille nos viuētes deſerūt
Vnde. Luc. xvi. Facite vobis ami
cos de mām̄ona iniquitatis vt cū
defeceritis recipiant vos in eterna
tabernacula. ſ. paupes. Vnde in fi
ne ſeculi dicet domin⁹ miſericordiā
facientib⁹. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi
māducarẽ. ſitiui ⁊ dediſtis mihi bi
bere: ⁊ ſeq̄tur Venite bn̄dicti pr̄is
mei pcipite regnū qđ vobis parātū
eſt ab origine mūdi. Roge⁹

OMnes vnani
mes eſtote in oracōne .p̄.
pe͞t. iiij. In verbis iſtis hortat̄ nos
beat⁹ petrus ad orādum. Sūt aūt
multa que debēt nos ad orādum
ꝓuocarē. Primū eſt exemplū xp̄i
⁊ ſanctoꝝ qui non ſolū nos orarē
docuerūt verbis: ſ; etiā exemplis.
Exemplo docuit nos xp̄us orare:
ꝙ legitur Math. xiiij. Dimiſſa tur
ba aſcendit in montē ſolus orare
⁊ Luc. vi. dicitur ꝙ pnoctabat in
oracōnib⁹ Ibi dicit gloſa. Xp̄us
orabat nō ꝙ oracōnib⁹ indigerz
ſ; vt nobis exemplū orandi p̄berz
Docuit etiam verbis qn̄ oñdita di
xit ap̄lis quid eſſet orāduz. Mat.
vi. Sic orabitis. pr̄ noſter qui es
in celis ⁊c̄. Exempla etiā ſanctoruz
patrū poſſunt nos ad orādum ꝓ
uocare. Legit̄ de ſancto iacobo al
phei qui in vtero matris ſue ſācti
ficatus fuit q̄d ex aſſiduitate ora
tionis cōtraxerat in genibus ſuis
duriciē cameloꝝ. Sic de beato bar
tholomeo dicit̄ ꝙ centies in die ⁊
centies in nocte genua flectebat.
Secundo debet nos ꝓuocare facili
tas oracōnis: ꝙ orare eſt officiuz
facile valde. Si enī diceretur alicui
ꝙ ieiunare debēt. poteſt ſe excuſa
re p debilitatē corpis ꝙ nō poſſet
ieiunarē vel ꝙ nō habeat ſibi cibū
ↄpetentē. Si diceretur alicui ꝙ pe
grinari deberet poteſt ſe excuſare
p debilitatē vel defectū pecunie vel
periculū aliud q̄d cūqȝ. Si dicitur
alicui ꝙ debeat elemoſinas dare.
pōt ſe excuſarē p paupratem: ſ; ab
oracōne null⁹ ſe excuſare pōt. Ho
mo enī poteſt orare in ōni loco in
ōni hora. Et ſi homo nō poſſet ex de
bilitate os mouere: vel genua fle
ctere ad oranduz. poteſt tn̄ facere
mētalem oracōem. vn̄ ps̄. Apud
te oratio mea ſemp. q. d. vbicūqȝ
fuero ⁊ q̄cq̄d egero tamē poſſum
orare mētaliter. Quicq̄d iuſtus fe
cerit ſi non eſt cōtra deum totū eſt
oratio vn̄ non ceſſat orare qui nō
ceſſat bn̄facere. Tercio debet nos
ad orandum ꝓuocare multiplex
effect⁹ ⁊ virtus oratiōis. Prīa vir
tus oracōnis eſt ꝙ tēptationib⁹ ⁊
impugnacōnib⁹ dyaboli reſiſtit.
Ysid. hoc eſt remediū eoꝝ qui vi
cioꝝ temptamētis eſtuāt vt quoti
ens q̄libet tangit̄ vicio. totiens ſe
oracōni ſubdat: ꝙ freq̄ns oratio
vicioꝝ impugnacōem extinguit.
vn̄ legitur in vitas patꝝ ꝙ q̄dam
multū temptabat̄ a ſpū fornicati
onis ⁊ rogauit quēdā ſenem frēz
vt orarēt p eo. qui ſenex vidēs illū
monachū in ſomnis ſedentē ⁊ ſpi
rituz fornicationis in diuerſis for
mis mulieꝝ ante ip̄m ludentē ⁊ ip
ſum cuz eis delectari ⁊ angel⁹ aſta
bat ⁊ grauit̄ indignabat̄ ei ꝙ nō
ſurgeret ad orōes: ſ; magis delecta
bat̄ in ſuis cogitacōnib⁹ Euigilās
autē ſenex dixit mōacho. Impoſſi
bile eſt a te diſcedere ſpirituz forni
cacōnis: alijs ꝓ te orantib⁹ niſi aſ
ſumas tibi orōes ⁊ ieiunia. Secun
do oratio in bello corpali ſepe triū
phat. Sepe enim plus facit vnus
ſanct⁹ homo orando q̄m mille pec
catores p̄liando. vnde legit̄. Exo. x̄

vij. Cum filij iſrahel pugnarent
ꝯtra amalech. moyſes aſcendit
in monte ⁊ orauit. Cũqꝫ leuaſſet
manꝰ ad deum vincebat iſrl'. Cum
qꝫ paululum remitteret vincebat
amalech. Quo ꝯpto aaron ⁊ hur
qui cum eo erãt ſuppoſuerũt ei la
pidem: ⁊ ex vtraqꝫ parte manꝰ ſu
ſtentabãt: quoniã grãdeuꝰ erat ⁊
ſic ꝑ orõnes eius vicerũt filij iſrl'.
vnde Judith. ix. Cũ holofernes pu
gnaret ꝯtra ciuitatẽ betulia exhor
tabatur ciues ad orõnes dicens.
Memores eſtote ſerui dei moyſi.
qui amalech non ferro pugnãdo:
ſꝫ precibus ſuis deuicit ⁊ hoc dicto
ipſa ꝯmiſit cũ ciuibꝰ vt dñm exo
rarent: ⁊ exiens ciuitatẽ cum vna
ancilla tm̃ ad holofernẽ venit ⁊ ca
ptus eſt holofernes in amorẽ eiꝰ:
qꝛ pulchra erat valde. Et q̃rto die
cũ peteret ab ea ꝑ nũcium vt ſecũ
dormiret. ipſa ꝯſenſit ⁊ letatꝰ holo
fernes bibit de vino ſuo pluſq̃ vn
q̃ bibebat i vita ſua. Et ſero facto
ibãt ſerui ad hoſpitia ⁊ ipſa man
ſit cũ eo in tentorio ſuo: ⁊ ipſe per
m̃gnã ebrietatẽ obdormiuit ⁊ ip
ſa iudith dedit ſe orõibꝰ. Cumqꝫ
oraſſet accepit gladiũ holofernis
⁊ amputauit ſibi caput ⁊ ẽuerſa
eſt cum ancilla ſua ad ciuitatẽ. Et
mane facto irruũt ciues de ciuita
te ⁊ inimici inuenĩetes holofernẽ
principẽ ſuum mortuũ inierũt fu
gã ⁊ multi ceciderũt ⁊ ciuitas libe
rata eſt. Nota hyſtoriã Judith. xi
ij. Tercio oratio vitam hoĩs ꝓlon
gat. Jacob. vlt. Infirmatur quis
ex vobis inducat pſbiteros eccl'e
⁊ orẽt ſup eũ vngẽtes eum oleo
ſancto in nomĩe domini ⁊ oracõ fi
dei ſaluabit infirmũ ⁊ alleuiabit
eum dñs. ⁊c. Exemplũ in rege eze
chia cui infirmãti miſit dñs ꝓphe
tam yſaiã. qui ait. Hec dicit dñs
deus. diſpone domui tue: qꝛ morie
ris tu ⁊ non viues ⁊ ꝯuerſus ad
pietem orauit cũ fletu: ⁊ ecce priꝰ
q̃ veniret yſaias ad mediũ atrij
dixit ei dominꝰ. Vade ⁊ dic ezechie
hec dicit dominꝰ Audiui oracõem
tuã ⁊ vidi lacrimas tuas. ecce adij
ciam ſup dies tuos q̃ndecim ãnos
Nota hyſtoriã yſa. xxxviij. ⁊ iiij.
Reg̃. xx. Quarto oratio ire dei reſi
ſtit ⁊ tenet deũ vt ꝯtra peccatorẽ
ſe vindicare non poſſit. vnde domi
nus ad Jheremiã. vij. Noli orare
ꝓ populo hoc. neqꝫ aſſumas lau
dem ⁊ orõem ⁊ non obſiſtas mihi
Exemplũ. Exod. xxxij. Cum peccaſ
ſent filij iſrl' adorando vitulũ vo
luit dñs oĩs deleuiſſe: ſꝫ moyſes
reſtitit ire ſue orõibꝰ ſuis dicens.
Dimitte dñe populo huic noxam
hãc. aut dele me de libro vite ⁊ in
fice me: ⁊ dixit dominꝰ. Dimitte me
vt iraſcatur furor meꝰ ꝯtra popu
lũ iſtum vt deleã eum faciãqꝫ te in
gentẽ magnã. Moyſes autẽ reſti
tit ei oracõibꝰ ſuis: ⁊ non ꝑmiſit
eum vt deleret totũ populũ. Verũ
tamẽ moyſes deleuit ex eis. xxxiij.
milia. Gregꝰ. Ire dei reſiſtit moy
ſes. qui ſupne ꝑcuſſionis impetũ
oracõnis ſue oblacõne reſtrinxit
Q̃nto oratio ſententiã dei ꝯtra pec
catorẽ latã mitigat. Exemplũ. p̃.
Paralip̃. xxi. Cum dauid ſuple nu

merauerat populū ſuum q̄ſi aſcri
bens populi ſui victoriā multitudi
ni a nō deo. Iratus eſt cōtra eū do
minꝰ a miſit cōtra eum gad ꝓphe
tam: qui ait Quia in ſupbia elatꝰ
es iratus eſt contra te deus. Elige
tibi vnum de tribꝰ plagis Aut ſep
tem ānis veniet tibi fames in reg
no tuo Aut tribꝰ menſibus vaſta
būt inimici tui terrā tuaꝫ. Aut tri
bus diebꝰ erit peſtilentia v ſubita
nea mors in tota terra tua. Et cogi
tauit dauid intra ſe dicens. Si eli
go famē tantū: illa plaga tangit
paupes. Si inuaſiōem inimicorū
iſta plaga tangit ſbditos meos
a non me: qꝛ habeo municōnes a
armatos. Sed eligam peſtilentiā
que equalit̄ tangit diuites a pau
peres ſubditū a regem. Et miſit do
minꝰ peſtilentiaꝫ a mortui ſunt de
iſrl̄ ſeptuaginta milia virorū. Et
tūc vidit dauid angelū qui pcutie
bat populuꝫ ſup ihrl̄m vt diſpde
ret eū. Et orauit ad dominū dicēs
Dn̄e ego ſuꝫ q̄ peccaui. ego inique
egi. Iſti qui ſunt oues q̄d fecerūt.
vertat̄ obſecro manꝰ tua ɔtra me
a ſtatim miſertꝰ eſt dn̄s a plaga
ceſſauit. Ecce quō oratio dauid ſē
tentiā dei mitigauit. debuiſſet em̄
plaga illa tribꝰ diebus a tribus
noctibꝰ duraſſe: ſꝫ p orōnem eꝰ du
rauit tantūmō mane vſqꝫ ad ho
ram veſptinā. Sexto oratio vindi
ctā dei a iram ɔtra pctōres placat
a mitigat. Exemplū Nūi. xvi. vbi
legit̄ qꝛ dathan a abiron oppoſu
erūt ſe moyſi a aaron a viui abſor
pti ſunt a terra cū ōmibꝰ ſuis a cho
re qui oppoſuerat ſe etiaꝫ eis cum
omnibꝰ ſuis extinctꝰ eſt p ignem.
Tūc populꝰ iratus voluit lapida
re moyſen a aaron a ipſi fugerūt
ad tabnaculū a nubes opuit eos
a venit ignis de celo a extīxit de po
pulo. xiiij. milia a ſeptingentos.
Quod videns aaron: accepto thuribu
lo cucurrit ſtās inter viuos a mor
tuos orās deum vt plaga ceſſaret
a ſic factū eſt. Rogeꝰ

De eodem. F. cxvi.

Relictis oībꝰ ſe
cuti ſūt eū x. xp̄ꝫ Lu. v. In
verbis iſtis exēplo apoſtolorū do
cemur qꝛ ſi xp̄m ſequi volumꝰ om
nia impedimēta relinq̄re debemꝰ
Sunt autē duo que relinquere de
bemus. ſcilicet amorē tempalium
bonoꝝ: a feruorem carnaliū deſide
riorū. Circa primū ſciendū eſt qꝛ
amorē temporaliū relinquere debe
mus ꝓpter multa. Primo: qꝛ ama
re pecuniā peſſimū vicium eſt a in
ſacra ſcriptura ꝓhibet̄. Eccū. x. Ni
hil eſt iniquiꝰ q̄ꝫ amare pecuniaꝫ
Ibideꝫ. auaro nihil eſt ſceleſtius
Iniquitas patꝫ ex hoc qꝛ illa que
deꝰ in cōmuni omnibꝰ creauit ſibi
ſoli ꝓpria facit nec cōmunicat indi
gentibꝰ. Ambroſiꝰ Nemo dicat ꝓ
prium qd̄ cōmune eſt nam plus
q̄ꝫ ſufficiat ad ſumptū: violenter
obtentū eſt. Quis taꝫ iniuſtꝰ a tā
auarus q̄ꝫ qui multoꝝ alimenta
nō tam ad vſum ſumit q̄ꝫ ad abū
dantiaꝫ a delicias. nō enim mino

ris criminis eſt cu; poſſis ⁊ habes:
indigentibus denegare ꝙ̄ homini
ſua tollē. Eſurientiū panis eſt quē;
tu detines. Nudorū veſtimentū eſt
eſt qđ tu recludis. Miſeroꝝ redem
ptio eſt pecunia quā tu in terram
fodis ⁊ abſcondis. tantoꝝ bonorū
ſcias te inuaſorē; ꝙ̄tum potes p̄
ſtare ⁊ non facis. Aug⁹. Non ſolū
ille auarus eſt q̄ rapit aliena: ſed
ille auar⁹ eſt q̄ cupide ſeruat ſua.
Exēplū; in diuite epulone q̄ dam
natus eſt non ꝙ rapuit aliena: ſ;
ꝙ cupide ſeruauerat ſua. vn̄ conti
gerat ꝙ poſtea guttā aque pecijt
q̄ micā panis lazaro negauit. Lu.
xvi. Secūdo relinquē debem⁹ amo
rem rerū temporalium: q꞉ excecant
hoiem. Exo. xxiij. Nō accipias mu
nera que etiā excecant prudētes ⁊
ſubuertūt corda iuſtorū. Iſtud fi
guratū eſt Thob. ij. vbi dicitur ꝙ
ſtercora irūdinū ceciderunt in ocu
los eius ⁊ excecat⁹ eſt. Thobias i
terp̄tatur duct⁹ ad luctū in p̄ſenti
et ſignificat auarū qui ſuſtinet lu
ctum in p̄nti ⁊ in futuro. In p̄nti p
cōtinuam curam. Eccles. ij. Cuncti
dies ei⁹ pleni ſunt dolorib⁹ et eru
mnis nec p nocte requieſcet mente.
Job. xv. Cū pax ſit ⁊ ſecuritas inſi
dias ſuſpicat. Seneca. Auarus vi
ditū obilē eſtimat p̄donem vidit
paupem eſtimat furē. ⁊ ſic ſemp
eſt in ↄtinua cura i p̄nti. ⁊ i futuro
ppetuū luctum ſuſtinebit. Greg⁹
Nihil p̄t grauius implicari inimi
co. ꝙ̄ auarus q꞉ in p̄ſenti cor eius
vexatur ⁊ i futuro eterna ſupplicia
promeret. Vnde ſcribit Gregori⁹
in dyalogo exemplū. Q; quidam
vſurari⁹ ſepultus i clauſtro nocte
exibat de ſepulchro ⁊ domū; dete
gebat fratres cu; baculis percutie
bat ⁊ mane extra ſepulchrū inuē
tus eſt: ſ; in ſepulchro reponitur.
Cūq; pluries hoc feciſſ; adiurat⁹
eſt a quodā viro ſancto dixit. Etſi
alij quietē; in inferno habere poſ
ſunt. ego tamen nunꝙ̄ quieſcere
poſſum: q꞉ exercui peccatū vſure in
ſeculo a quo nūꝙ̄ quieui nocte et
die ⁊ vos ſi quieſcere vultis de clau
ſtro me proicite ⁊ deponite ⁊ ſic fa
ctum eſt. Ecce quomō auarus lu
ctū habebit in vita ⁊ in morte. Iterū
auarus figuratur p thobiam qui
interpretatur duct⁹ ad luctum: q꞉
habet luctū in vita ⁊ in morte. hic
excecatur ſtercorib⁹. per ſtercora
ſignificātur bona temporalia Iux
ta illđ phili. iij. Omnia arbitror
vt ſtercora. Ita excecantur auari
oculis interiorib⁹ et exterioribus
ꝙ deum creatorem ſuum non cog
noſcūt. Vnde legitur exemplū. Q;
quidā vſurari⁹ habuit ymaginē
crucifixi auream pro vadio poſitā
in ciſta ſua. Cūq; infirmaretur por
tabāt ſibi ymaginē crucifixi de ec
cleſia vt moris eſt in fine vite ſue.
⁊ dixerūt. Agnoſcis ymaginē ſal
uatoris domini noſtri iheſu xpi cru
cifixi p te. Reſpōdit non agnoſco
aliū deum preterꝙ̄ illum deu; au
reum quē habeo in ciſta mea ⁊ ſic
miſerabiliter in tali cecitate mortu
us eſt. Tercio relinquendus eſt
amor rerū temporalium: q꞉ hominē
ad multa mala trahit. p̄. Thi. vi

Radix omīū maloꝝ eſt cupiditas Ex auaricia enī naſcit̄ ſupbia: qꝛ vt frequēter diuitie faciūt hoīem ſupbire. Exemplū in ſaul cū eſſet paup fuit hūilis: ſ3 cū factus fuit rex cepit ſupbiē ⁊ damnatꝰ eſt. p̄ Re. xv. Ecci. xxi. Domꝰ q̄ nimis eſt locuples ānullat̄ ſupbia. Item de auaricia venit ira ⁊ rixa. Gen̄. xiij Facta eſt rixa int̄ paſtores abrā ⁊ paſtores loth. Erat enī ſubſtantia eoꝝ multa ⁊ nequibāt hitare ſimul. Quādiu paupes erāt hitabant ſil' ⁊ bene ↄcordauerūt Item ex auaricia venit inuidia. puer. xxviij. q̄ feſtinat ditari inuidet alijs Vn̄ Gregꝰ de viro iuſto ꝓpter hoc qꝛ in terris nichil appetit. alienis fratribꝰ inuidere neſcit Itē de auaricia venit accidia: qꝛ auarꝰ ſic intēdit lucris ſuis qꝛ raro orat: ⁊ ſi aliqn̄ ore orat. corde tn̄ de bonis ſuis cogitat Quia dicit dominꝰ in euāgelio. Mat. vi. Vbi eſt theſaurꝰ tuꝰ ibi ⁊ cor tuū erit Itē de auaricia venit gula. qꝛ diuites vt frequētiꝰ peccāt i gula Exēplū i diuite epulone Lu. xvi. Itē de auaricia venit luxuria Quia ꝓpter lucꝝ multe muliēs fornicātur ſicut patꝫ p experientiā. Quarto debemꝰ relinq̄re amorē rerū tempaliū: qꝛ hoīem eternaliter dānant p̄. Thi. vi. Qui volūt diuites fieri incidūt in temptatiōes ⁊ in laqueū dyaboli ⁊ i deſideria mlta ⁊ nociua que mergūt hoīem in interitū ⁊ in pdicōem. Lu. xij. Exēplū in diuite q̄ dixit. O anima hēs multa bona repoſita in ānos plurimos requieſce comede ⁊ bibe. Dixit aūt deus. ſtulte egiſti. Hac nocte repetēt a te diaboli animā tuam ⁊ que congregaſti cuius erūt. ⁊ ſic eternaliter dānatus eſt ⁊ nō ſolū dānantur auari ⁊ vſurarij: ſ3 etiā eoꝝ heredes q̄ iniuſta adquiſita ſciēter poſſident. Exemplū. Quidā vir ſanctꝰ in viſione raptꝰ ductus eſt ad infernū vbi vidit vnū in pfundo pſtratū de cuius ventre arbor procedebat In cuius ramis multi erant ſuſpenſi ⁊ arbor illa ſtabat in medio flāma ⁊ cūcta ille qui in profūdo iacebat plus q̄ alij cruciabatur ⁊ q̄ſiuit ab angelo q̄ ducebat eum q̄d hoc ſignificaret Qui dixit Homo ille i imo iacēs principiū erat huiꝰ generis ⁊ p vſuras ditatus eſt. alij vero homīes omēs ab eo pceſſerūt ⁊ damnati ſūt cū eo: qꝛ iniuſta bona poſſederūt: ⁊ ſic omnes de genere ſuo damnabūtur ⁊ omnes qui ſciūt bona eſſe iniuſta que poſſident. Rogemus.

Dn̄ica. vi. F. cxvij.

Scientes frēs cariſſimi. id eſt ſcire debetis qꝛ xp̄s reſurgens ex mortuis iam non moritur amplius. mors illi vltra nō dominabit̄ qui enī mortuus eſt peccato mortuꝰ eſt ſemel quaſi diceret. qꝛ ſemel mortuꝰ eſt hoc eſt ꝓpter peccata noſtra. Rō. vi. In v̄bis iſtis proponit nobis apoſtolꝰ paſſiōem xp̄i quā ꝓpter peccata noſtra ſuſtinuit: volēs vt eā cōtinue in memoria habeamꝰ Debemꝰ autē paſſiōem xp̄i in me

moꝛia frequēter habere ꝓpter tria
Primo vt fortes ſimus ⁊ efficiamur
ad pugnādū ↄtra inimicos nr̄os
Habemꝰ enī tres inimicos .ſ. carnē
mūduꝫ ⁊ dyabolū qui ſemꝑ impu
gnāt nos Caro impugnat nos ꝑ
malas cogitatiōes ſiue ↄcupiſcēti
as Gal. v. Caro ↄcupiſcit aduſus
ſpūm. Mūdus impugnat nos ꝑ
temꝑaliū ↄgregacōeꝫ. Eſt enī mū
dus ſicut Judas. Qui dixit quē oſ
culatꝰ fuero ꝑ temꝑaliū ꝓſperita
te ipſe eſt quē trado vobis tenete
eum tanq̄ veſtrū ⁊ ducite eū caute
⁊ permittite eū ſcḋm ſuā voluntatē
viuere. Greḡ. Continuꝰ ſucceſſus
rerū temꝑaliū certū eſt future cala
mitatis indiciū. Dyabolꝰ impugn̄t
nos ꝑ diuerſas tēptacōes ⁊ diuer
ſa peccata qn̄ non p̄t ꝑ vnū pcm̄
vincere tūc temptat ꝑ aliud ⁊ nō
ſolū vnꝰ dyabolus ſꝫ infiniti impu
gnāt nos. Ps. Reſpice dn̄e inimi
cos meos qm̄ multiplicati ſunt ⁊
odio iniquo oderūt me. Nā temp
tant ꝑ ſuꝑbiaꝫ. inuidiā. iram. ac
cidiā ⁊ vanā gloriā ⁊c̄. ⁊ qm̄ tanti ⁊
tot ſūt inimici q̄ impugnant Jdeo
debemꝰ frequenter hr̄e memoriā
paſſionis xp̄i vt eo fortiꝰ reſiſtere
valeamꝰ. Heb. xij. Recogitate cuꝫ
q̄ talem aduerſus ſemetip̄m ſuſti
nuit a peccatoribꝰ cōtradictiōem
vt non fatigemini animis veſtriſ
deficiētes. nondū enī reſtitiſtis vſ
q3 ad ſanguinē aduerſus pcm̄ re
pugnātes ⁊ non reſtitiſtis q̄ tum
reſtitiſſetis. ſi fūdēdus eſſꝫ veſter
ſanguis. Multi dicūt q̄ non poſſūt
eſſe ↄtinētes ⁊ a pctīs cauē. certe

ſi ſcirent q̄ q̄ cito peccarēt mutila
rentur vel occiderentꝰ bene cauerēt
ſibi. ergo nullꝰ poteſt ſe excuſare
dicēs. Ego non poſſuꝫ eſſe cōtinēs
Jlle nō poteſt: q2 non vult reſiſte
re temptacōibꝰ quicq̄d libet ſta
tim vult explere. Sic nō eſt facien
dum: ſꝫ viriliter pugnāduꝫ. q̄diu
enī in hac vita ſumꝰ. ſine pugna
eſſe non poſſumꝰ. Bernh. Jn mū
do iſto tanq̄ in ſtadio certaminiſ
poſiti ſumꝰ vbi xp̄s mortuus eſt.
Si quis tumores vel plagas non ſu
ſceperit. in futuro iudicio inglorio
ſus miles apparebit. Si igitur viri
liter volumꝰ cōtra hoſtes noſtroſ
pugnare. tūc debemus frequēter
mortem xp̄i ⁊ paſſiōeꝫ xp̄i cogita
re. Orige. Tanta eſt virtus paſſi
onis chriſti q̄ ſi in mēte fidelium
habeatur nulla libido nulla pote
rit p̄ualere inuidia. Jdeo cōtinue
curre ad memoriā paſſionis xp̄i
⁊ totius peccati ⁊ mortis fugiet ex
ercitus Bernh. Vult benignꝰ dux
deuoti militis vultum ⁊ oculos in
ſua ſuſtolli vulnera: vt illiꝰ exem
plo ex hoc animuꝫ erigat ad tole
randū ⁊ pugnandū reddat forti
orem. Jſtud figuratum eſt ꝑ. Ma
chabeorū ſexto vbi dicit̄. Oſtē
derūt elephanti ſanguineꝫ vue ⁊ mo
ri ad acuēdos eos ad p̄liuꝫ. Nota
hyſtoriā. Elephantis natura eſt
q̄ nunq̄ iacet: ſꝫ a tempe natiuita
tis ſue ſtat vſq3 ad mortē ſuam et
ambulat. ſi aliquādo cadit per ſe
reſurgere nō poteſt: q2 genua non
habet: ſꝫ vnicornis natura ē q̄ ele
phantē leuare ſolet Jſte elephas

domatũr a principib⁹ et ducitur
ad pugnãdum habens in dorſo
turrim ligneã: ſꝫ qñ ꝓcedere debet
ad pugnãdum oſtendunt ei ſan
guinẽ vue rube. ex aſpectu illius au
daciã capit ⁊ fortificatur ad pug
nam. Moraliter p elephantẽ qui
nunꝗ̃ iacet: ſꝫ ſtat ⁊ ambulat ſig
nificatᷣ quilibet iuſtus q̃ nunꝗ̃ ia
cere debꝫ in pctīs ⁊ in acidia: ſꝫ viri
liter temptacõnib⁹ reſiſtẽdo ⁊ am
bulare de virtute in virtutē. Eccĩ.
ij. Fili accedẽs ad ſeruitutẽ dei ſta
in iuſticia ⁊ timore ⁊ prepa aīam
tuã ad temptacõnem. Etſi aliquã
do p humanã fragilitatẽ ceciderit
ſtatim debet habere ſpeꝫ ad vnicor
num. ſ. ad xp̃m. Xp̃us cõparatur
vnicorno qui ſolꝫ capi p virginẽ
ſic xp̃s eſt captus per mariã. Iſte
vnicorn⁹. id eſt xp̃us poteſt eum
iuuare vt reſurgat. p ſe enĩꝫ pecca
tor nullo modo poteſt reſurgere.
Oſee. xiij. Perdicio tua iſrahel ex
te eſt. tantũmõ ex me auxiliũ tuũ
Sed cũꝫ elephas iſte. id eſt iuſt⁹
temptatur ⁊ impugnatᷣ ab hoſti
bus ſuis. ſanguinẽ vue rube debet
inſpicere vi iheſu xp̃i qui vue ⁊ viti
cõparatur in euãgelio Iohã. xv.
Ego ſum vitis vera: ⁊ ſtatim ſequi
tur. Sine me nihil poteſtis facere.
id eſt ſine meo adiutorio: non po
teſtis hoſtib⁹ reſiſtere. Hãc vitem
id eſt veꝝ vnicornũ. verus agrico
la. id eſt pater celeſtis plantauit
quãdo eam incarnari inſtituit: et
in vtero marie a ſpũſancto fuerat
cõceptus. Hec vitis etiam circũfoſ
ſa fuit qñdo manus ⁊ pedes eius
clauis ferreis: ⁊ lat⁹ lancea. caput
ſpinis fuit pfoſſum. Hec vitis eti
am eſt ſtercorata qñdo facies ei⁹
bñdicta fuit ſputis iudeoꝝ macu
lata. Putata quãdo veſtibus fuit
denudat⁹ ⁊ a diſcipulis derelictus
Paxillata quãdo in flagellacõne
ad columnã fuit ligatus ⁊ virgis
et flagellis adeo ceſus ꝙ a planta
pedis vſqꝫ ad verticem capitis nõ
erãt in eo ſanitas. Hec vitis ꝓpagi
nes miſit quãdo in cruce man⁹ ex
tendit. vinum de ſe dedit quãdo in
torculari crucis p̃ſſus ſanguineꝫ
affluẽter effudit. Iſtum ſanguinẽ
quilibet iuſtus inſpicere debet qui
cõtra inimicos ſuos triũphare vo
luerit. Heb. xij. Curramus ad pro
poſitum nobis certamẽ aſpicien
tes in auctoreꝫ fidei ⁊ cõſummatorẽ
iheſuꝫ qui ꝓpoſito ſibi gaudio cru
cem ſuſtinuit. Secũdo debem⁹ paſ
ſiõem xp̃i frequẽter habere in me
moria vt audaciã petendi iheſum
ex hoc capiam⁹ qui ſeipſuꝫ pro no
bis morti expoſuit. Quid ẽ q̃d no
bis negare poteit ſi vtilitᷣ ⁊ iuſte
petierim⁹. vere nihil. qui enĩꝫ ma
iora dedit. ſcilicet ſeipm̃. vtiqꝫ mi
nora preſtabit. Bernh. In quo in
quit clarius ꝙ̃ in vulneribus tuis
ihũ xp̃e illuxit ꝙ tu domine ſuauis
⁊ mitis es ⁊ multũ miſericors. Io
hã. xv. Maiorẽ enim dilectõem ne
mo habet vt animã ſuaꝫ quis po
nat ꝓ amicis ſuis. Sed tu bone ihe
ſu xp̃e minorẽ non habuiſti. Quia
ꝓ inimicis tuis animã tuam poſu
iſti. vnde apoſtol⁹ ad Romanos.
v. Cum inimici eſſemus recõcilia

uit nos deo patri in ſanguine ſuo
Quapropter nullꝰ deſpare debet q̄ntū
cūq; etiam peccauerit: ſ; ſperet in vul
neribꝰ ieſu xp̄i. Bern̄. Securū ac
ceſſum habes ad deū o homo. Ha
bes filiū ante p̄rem. ante filiū; ha
bes m̄rem. Filius oſ̄dit patri cica
trices ⁊ vulnera. mater oſ̄dit filio
pectus ⁊ vbera. Nec ꝑ tvlla ibi eſſe
repulſa vbi tot ꝯcurrūt caritatis
inſignia. Tercio debemus habere
paſſiōem xp̄i in memoria vt forti
ores efficiamur ad tolerandū ad
uerſa. Bern̄. Nihil dulciꝰ in tribu
lacōne q̄ paſſiōem xp̄i cogitare.
Quā enī aſperitatē formidabit ſer
uus ſi menti eiꝰ occurrat q̄ filij dei
paſſiōe ſit redēptus. De iſto mem
bro. Req̄. dn̄ica. ij. in aduentu dn̄i
in f. Quecūq; ſcripta ſūt. Rogemꝰ

¶ De eodem F. cxviij

OMnis q̄ iraſci
tur fratri ſuo reꝰ erit iudi
cio Mat. v. In verbis ꝓpoſitis ꝓhi
bet dn̄s iram. Sciendū autē q̄ du
plex eſt ira. ſ. bona ⁊ mala. Malā
ꝓhibet. bonā vero non. Bona ira
eſt qn̄ quis iraſcit̄ vicijs vt corri
gātur. De quo Eccī. vij. Melior eſt
ira riſu. Glō. ꝯtra vicia. q. d. Meli
us eſt q̄ homo iraſcatur qn̄ do vi
det male agere aliquē q̄ q̄ rideat
⁊ ſubdit cauſam quia ꝑ triſticiā vul
tus. corrigitur animꝰ delinquētis
Criſ. Si ira nō fuerit nec doctrina
ꝓficit nec iudicia ſtant. nec crimi
na cō̄peſcuntur. Itaq; qui vicijs nō
iraſcit̄ peccat. paciētia autē irraci

onabilis vicia ſeminat. negligētiā
nutrit: ⁊ nō ſolum malos: ſ; etiā
bonos mutat ⁊ inuitat ad malū.
Bern̄. Non iraſci vbi iraſcendum
eſt. eſt pctm̄ peccato addere. Con̄
hoc peccatū peccauit hely qui nō
iraſcebat̄ pctis filiorū ſicut debuit
ſ; tepide arguit eos. ideo plagauit
eum dominꝰ. Ita q̄ filij eiꝰ ofyn ⁊
phinees in ꝓlio pierūt. Et ipſe ce
cidit de ſede ⁊ cōfractis ceruicibꝰ ex
pirauit. p̄. Re. ij. ⁊. iiij. ca. Adonias
filiꝰ aggith eleuabat̄ dicens. Ego
regnabo ⁊ nō corripuit eū pat̄ ali
qn̄ ⁊ cepit regnare ⁊ occiſus ē. iij.
Re. p̄. Exēplū. Legit̄ q̄ qdam hūit
dilectū filiū quē ꝑ dilectōe in iuuē
tute corripe noluit Tandē adultꝰ
incepit ceſſerare ⁊ furari ⁊ captꝰ eſt
⁊ ſuſpendio adiudicatꝰ ⁊ cū ſuſpē
di deberet redemit eū pater ſuꝰ Itē
ſecūdo fecit ⁊ iterū redemit eum pa
ter ſuus Tercia vice furabat̄ ⁊ ad
mortē adiudicatur ⁊ pater eū am
pliꝰ redimē ꝓhibetur cūq; ſub pa
tibulo ſtaret rogauit patrē vt da
ret ſibi oſculū. cūq; debuit eū oſcu
lari amputauit patri naſū morſu
dentiū ⁊ ait vtinam te ꝑimere poſ
ſem Tu es cauſa mee damnacōis
ſi me i iuuētute correxiſſes nequa
q̄ ad iſtam miſeriam deueniſſem
Iraſcendū eſt igitur pctis vt cor
rigātur. Hac eni; ira iraſcitur de
us cōtra pctōrem ꝓpter hanc irā
ſiue zelū phynees placuit domio
ſicut legitur Nume. xxv. Qā inter
fecit virum zamber ⁊ corbi mulie
rem eo q̄ peccaſſent cōtra deum.
Nota hyſtoriam. Mala ira eſt du

plex· que di ſubita ꝛ ſine delibera
tione racōis a ſine appetitu vindi
cte· de qua qua Criſ· Caro non p̄t
impedire vt non aliqñ turbet ſiue
iraſcatur· Quādo ergo iraſcitur ꝛ
non vult facere q̄d ira cōpellit· tūc
caro ꝓuocata eſt ad iraꝫ· anima
vero non irata eſt· Talis ira eſt ve
niale pctm̄ ſicut alij praui motus
Ihero⁹ Qui nulla animi ꝑturbati
one mouet̄ ac̄· pſ̄ Iraſcimini ꝛ no
lite peccare Apl's ad Eph̄· iiij· Sol
non occidat ſup iracūdiaꝫ veſtrā
Alia eſt ira que fit cum cōſenſu ꝛ
deliberacōe racōnis ꝛ cuꝫ appetitu
vindicte· de qua· Aug⁹· Ira eſt vl
ciſcendi vindicta vel libido· Dama
ſce· Ira eſt deſideriuꝫ vindicte ꝛ hec
eſt mortalis ꝛ ſi inueteraſcer̄it dici
tur odiū· Odiū eniꝫ eſt ira inuete
rata· hanc iram ꝓhibet dominus
Mat· xviij· Qui cumqꝫ iraſcitur fra
tri ſuo re⁹ erit iudicio· hanc vitare
debem⁹ ꝓpter tria· Primo: q2 ſacra
ſcriptura ꝓhibet in multis locis·
Leuit̄· xix· Nō queras vlcōem nec
memor eris iniurie ciuiū tuorum
Job· xxxvi· Ne te ſuperet ira vt ali
quē opprimas· Geñ· xlv· Joſeph
dixit ad fratres ſuos qñ debebāt
redire ad patrē ſuū fratres ne ira
ſcamini in via· Nos enī fratres om
nes ſum⁹ vnius patris· Et nos ſu
mus in via ad pꝛīꝫ noſtꝝ celeſtē
ꝛ ideo debem⁹ vitare iram: q2 deo
multū diſplicet Ideo opꝫt nos vi
tare iram ſi volum⁹ ad deū venire·
Secūdo debem⁹ vitare iram: q2 deo
multum diſplicet ꝛ hoc ꝓpter tria
Primo q2 ira templū dei turbat ꝛ

ſuccūbit vt in eo h̄itare non poſſit·
id eſt anima hōis que eſt tēpluꝫ
dei ſcd̄m q2 dicit Apl's· p̄· Coꝛ· iij·
Neſcitis: q2 templū dei eſtis vos ꝛ
ſpūſſanct⁹ habitat in vobis· Hem
B· Si quis autē templū domini vi
olauerit ꝑ iram malā diſperdet il
lum domin⁹ ꝑ iram eternā· Tales
ſunt iracūdi qui accēdūtur ira vin
dicte· in talib⁹ non p̄t h̄itare ſpūſ
ſanct⁹ Greḡ· Dum ira animū pul
ſat ſpiritui ſancto h̄itatiōem ſuaꝫ
turbat· Et de talib⁹ dicit· Pſ̄· Ince
derūt igni ſanctuariū tuum in t̄ra
Tales eijciūt deum ꝛ intromittūt
dyabolum: q2 ſicut in pace fact⁹ eſt
locus dei ſic in ira et diſcoꝛdia eſt
locus dyaboli· Secūdo diſplicꝫ ira
deo: q2 ymaginē ſancte trinitatis
aīe infuſam diſſipat ꝛ deformat·
Greg⁹· Māſuetudo in nobis yma
ginē ſeruat dei qui ſemp trāquill⁹
eſt: ſꝫ ira diſſipat· Cūm igitur ira
cundia ſit culpe ꝑenſem⁹ per quā
duꝫ māſuetudo dimittit̄ ſeu amit
titur· ſupne ymaginis ſimilitudo
viciat̄· De talib⁹ qui ſic ymaginē
dei ꝑ iram diſſipāt dicit· Pſ̄· Dn̄e
in ciuitate tua ꝛ in celo: vel in iten
tione tua ymagiem ipſoꝝ ad ni
hilū rediges Aug⁹· Merito ad ni
hilū ymagiem ipōꝝ in ciuitate ce
leſti dn̄s redigit: q2 ipſi in ſua ter
reſtri ciuitate ymagiem eius ad
nihilū redegerūt Tercio diſplicet
ira deo: q2 homo iracūd⁹ intromit
tit ſe de ꝑtāte dei· ſ· q2 vult ſe ipſuꝫ
vindicare Nā vindicare ꝑtinet ad
ſolū deū· Rō· xij· Mihi vidicta ꝛ
ego retribuam ꝛ vindicabo dicit

dñs deu·xxxij·Mea ē vltio: ⁊ ego
retribuā· Vnde legit̄ exemplū in
vi·pa·ꝙ venit quidā frater ad ab
batē philoſofū·cūq̄ꝫ q̄reret ab eo
quare veniſſet: ait·quidā frater di
xit m̄ ɔtumeliā: ⁊ ego venio me vi
dicare·Et ſtatim abbas cecidit ſu
per genua ſua·d·Dñe de⁹ iam non
es nobis neccārius. ꝙ dicit frater
iſte ꝙ nos poſſum⁹ noſmetipſos
vindicare·Qd audiens ille ɔfuſus
eſt ⁊ penituit abbati·Aliq̄ ſunt ita
diſpoſiti ꝙ qn̄ non pn̄t ſe vindica
re: rogant deū vt ipſe vindicet: cuꝫ
potius deberent petere vt dimitteret
exemplo xp̄i qui dixit·pr̄ dimitte
il·ꝙ ne·q̄d fa·De iſtis dicit aug̃·
Ait malus in oīb⁹ tribulacōībꝫ
ſuis·Dñe de⁹ occide inimicū meuꝫ
malū·Rn̄t ſibi dñs Quem vis moc
cidā·ambo eſtis mali·ille malus ē
iniuriando·tu malus es ei vindicāꝫ
petendo·ſic pꝫ quō ira diſplicet deo
⁊ ideo vitanda·¶Tercio debemus vi
tare irā·ꝙ hoī nocꝫ multū·oculos
cordis excecādo ⁊ obſcurādo Gre·
Per irā lux veritatis amittit̄ ſicut
ſcriptū eſt Ephe·iiij·Sol non occi
dat ſup iracundiā veſtram·ꝙ cui
menti iracūdia tenebras ɔfuſio
nis incutit: huic de⁹ radiū ſue cog
nicōis abſcondit·Dyabolus facit
ſicut coru⁹ qui inueniens cadauer
primo eruit ſibi oculos·ſic dyabo
lus primo excecat hoiem p iracū
diam: ſciens ꝙ poſtea poterit faci
liter precipitari in foueam peccati
Vnde di puer·xxix·Qui ad indig
nandū facilis eſt: erit pclivior ad
oia pctā·Aug⁹·Janua oīm vitio

rum eſt iracundia·q̄ clauſa virtuti
bus interi⁹ dabit̄ requies·qua ap
ta ad oē facinus armabit̄ irati aī
mus. Multū per iram dyabol⁹ do
minatur in hoie ꝙ hō iratus nulli
parcit·nec patri·nec mr̄i·nec vxori·
nec filio·⁊ ſic de alijs Ideo dyabo
lus facit ſic̄ piſcator qui ɔturbat
aquā ne piſces hamū videntes nō
intrent·Sic dyabolus ɔturbat ho
minē per iram vt pctm̄ nō cogno
ſcat ⁊ ſine timore impleat·Vn̄ di
ſoph ⁊·Tribulabo hoies ⁊ ibunt
vt ceci Quarto nocet hoī ira·ꝙ au
fert ſibi oia bona ſua·Prou·xix·
Qui impatiens eſt ſuſtinebit dā
na. ſ. bonoꝝ ſpūalium: ⁊ aliqn̄ eti
am tpalium·Hō iracundus eſt ſi
cut aliq̄s hn̄s ligneam domū: cui
aliqn̄ ɔtingit ꝙ de veſpere pulcraꝫ
hꝫ domū cū multis bonis: ⁊ de no
cte venit ignis ⁊ totū ɔſumit: ⁊ ni
hil hꝫ·Ita iracūdus ad modicuꝫ
verbū q̄nq̄ꝫ iraſcitur ⁊ perdit gra
tiā dei: ⁊ bona opa ſua que per oē
tps vite ſue ɔgregauit·De quo ec
cl·ij·Ve illis qui pdiderunt ſubam
ſuā·Glo·i·bō opa ſua p iracūdiā·
hō iracūd⁹ ē ſic olla ſtās ꝓpe ignē
ebulliendo emittit oia q̄ in ea ſūt·
Prou·xv·Os ſtultorum ebullit
ſtulticiā·ꝙ quicq̄d ſentit in corde
hoc pfert ore Quinto nocet hoī ira
ꝙ aufert hoī ſenſus: ⁊ facit eū fa
tuū ⁊ inſanū·Aug⁹ Inſan⁹ videt̄
eſſe iracūdus volens vindicare ſe
ꝙ p cor ſuum mittit gladiū ſuum
vt tunicā inimici ſui ledat·Prius
enī ira ledit ꝓpriū hoinem ſeu do
mū ſuā q̄ alium cui iraſcit̄·ꝓpt̄ea

impoſſibile eſt vt iniquitas prius
ledat hoīem iuſtū in quē tendit ꝙ̄
iniuſtū a quo ꝓcedit. Nam ſi intē
dit hoīem alium ledere in corpore:
priꝰ ſe occidit in aīa. Augꝰ. Nemo
malus eſt q̄ ſibiipſi priꝰ nō noce
at. Sic malicia eſt ſicut ignis. ſi vis
aliq̄d accendere p faculam: oꝫ ꝙ
facula priꝰ ardeat ꝙ̄ aliq̄d incēdat
Itero. Malicia ꝓcedit ex te: ⁊ q̄d
ardet prius ꝙ̄ te malicia tua. Vt
altri non noceat fieri pōt: ſed ꝙ ti
bi nō noceat fieri non pōt. Sic er
go patet quō ira nocet hoī: ideo eſt
fugienda pre oībus. Rogemꝰ.

## Dominica. viij.
## Sermo. cxix.

Stipēdia pec
cati mors. Ro. vi. q. d. qui
ſeruit pc̄tō habebit pro ſtipendio
⁊ premio vel ſeruicio mortem eter
nam. In verbis ꝓpoſitis ꝓponit no
bis apl's dāmnū ⁊ periculū pecca
ti vt nos trahat a peccatis. Sciend
aūt ꝙ hō multiplex dāmnū incur
rit per pc̄m̄. Primuꝫ eſt ꝙ p vnū
pc̄m̄ mortale perdit hō oīa bona
ſua que in vita ſua vnq̄ꝫ congrega
uit ⁊ fecit Ecle. ix. Qui vni o peccato
abſteret: multa bona perdit. Pc̄tōr
eſt ſicut iſte q̄ ludit ad ſcacos qui
vno tractu male fc̄ō vel neglecto:
totum ludū perdit. Sic pc̄tōr vno
malo ope facto: vel opere bono ne
glecto: totum ludū perdit ⁊ fructū
vite ſue amittit. Eze. xviij. Si auer
terit ſe iuſtus a iuſticia ſua: ⁊ fece
rit iniquitatem: omnes iuſticias
q̄s fecerit nō recordabor. Exemplū
legit in vitaſpā. de hoc. de quodā
eremita q̄ multis annis duxit au
ſterā vitam. ad quē venit quidam
latro penitens rogans eū vt ipſuꝫ
in ſociū acciperet. Qui cū tenueret
abiit latro ⁊ preſcidit arboreꝫ: vo
lens ꝯſtruere cellā: ⁊ preſciſa arbo
re: arbor cecidit ſup eum ⁊ mor tu
us eſt. ⁊ vidit ille eremita ꝙ ange
li venerunt ⁊ deduxerunt aīam eiꝰ
ſine purgatorio ad celuꝫ: ⁊ indig
nans ait. Amodo vitam auſteram
nō agam: ſed latrocinū etiā exer
cebo. ⁊ exiēs in latrocinio deprehē
ditur ⁊ damnat̄ ⁊ oīa bona ope
ra ſua vno pc̄tō perdiderat. Secun
dū eſt ꝙ oīa bona opa que hō fac̄
q̄mdiu eſt in mortali pc̄tō mortua
ſunt ⁊ ſibi non ꝓficiunt ad vitam
eternā. Gre. Qui in caritate nō eſt
omne bonū qd̄ facit amittit ⁊ ſi in
oī tpe in pane ⁊ aq̄ ieiunaret ⁊ cō
ſtrueret mille clauſtra. ⁊ ſi in om
nibus diebus diſciplinas vſq; ad
ſanguinis effuſioneꝫ acciperet: ꝙ̄
diu in pc̄tō mortali eſſet ſcienter:
nihil ſibi ꝓdeſſet Exemplū legitur
ꝙ quedā puella multū ieiunabat
⁊ alia bona exercebat Quadā vice
iacuit coram altari ⁊ multis lacri
mis ⁊ genuflexionibꝰ. orōnibus ⁊
tunſionibꝰ pectoris ſe affligebat.
Sacerdos quidā in eadē ecc̄a orās
vidit ſup caput eius dyaboluꝫ tri
pudiantē ⁊ ridentē. ⁊ adiurauit de
monē vt diceret ſibi cāꝫ tanti gau
dii. Rn̄t demon. Gaudeo ꝙ iſta cū
tanta afflic̄ōe ſuiipſiꝰ vadit ad in
fernū. Et dixit ſacerdos. Quō hoc.

Rn̄t demon. In pc̄ō mortali eſt:⁊
non audet ꝯfiteri ⁊ putat ſic ſatiſ
facere:⁊ nō proſunt ſibi oīa bona
ſua opera ꝙ̄diu eſt in pc̄ō mo͛tli.
Tunc ammonuit eā ſacerdos ⁊ ꝯ
feſſa eſt ⁊ demon triſtis receſſit.
Terciū eſt ꝙ oīa ſuffragia q̄ facit
aliquis in pc̄ō mortali exn̄s non
ꝓſunt defūctis. etiamſi mille mar
cas daret ꝓ vna anima:nihil pro
deſſet ei ꝙ̄diu ille q̄ dat eſſet in pec
cato mo͛tli. Hoc eſt intelligenduꝫ
ſi ille dat de ſuo. ſi aūt defunctꝰ ali
cui ꝯmiſiſſet in pc̄ō mo͛tli exiſtēti
elemoſinā diſtribuendā. vel ſi ali
quis amicus defuncti ꝯmiſiſſet ei:
tunc illiꝰ diſtribuentis crimen nō
impediret. Si aūt de ſuo dat:nihil
ꝓdeſt ꝙ̄diu eſt in pc̄ō mo͛tli: nec
etiam orōnes. Gre. ponit exemplū
in dyal. dicens ꝙ quidā miles de
functꝰ apparuit alteri ſuo cōmiliti
rogans vt faceret ꝓ ſe orare Rn̄t il
le. libenter hoc faciā vis vt talis hō
oret ꝓ te noīando eum ſuo noīe. il
le tacuit:⁊ more renuentis caput
hicinde mouere cepit. deinde dixit
Vis vt talis eremita ꝓ te oret. Rn̄t
ille. Optinā ſi talis ꝓ me orare vel
let:tunc cito liberarer. Per hoc ꝙ
primū tenuit:pꝫ ꝙ eius orō nō ꝓ
fuit. ꝙ in pc̄ō mortali fuit. Omia
autē ſuffragia que pn̄t fieri ꝓ aīa
bus non ꝓſunt in mortali pc̄ō fa
cta:excepta ſola miſſa que tm̄ va
let dicta a malo ſacerdote quantū
a bono. X. Vim ſacm̄enti non mu
tat vita miniſtri. Sicut deteriꝰ non
fit de deteriori. Sic nō fit melius de
pſb͛ro meliori. Quis enim ſacra

tandem virtutē hn̄t a bono ⁊ ma
lo:tn̄ orōes que fiunt in miſſa ꝓ de
functis nō exaudit deꝰ a malo ſac
dote ſicut a bono. ꝙ dicit gre. Cuꝫ
ille qui diſplicet ad intercedenduꝫ
mittit̄:irati animus ad deteriora ꝓ
uocat̄ vt puta ſacerdos ꝑuatꝰ qui
ſi oret ꝓ defunctis non mitigat pe
nam in purgatorio. ꝙ dicit augꝰ
Pctō non eſt dignꝰ pane quo veſ
citur. Exemplū. erant duo milites
frēs carnales in hybernia q̄ de tor
neamentis ⁊ ſtipendijs viuebant
Hi hēbant quendā famuluꝫ peſſi
mum:q̄ in vita ſua nihil boni fece
rat:nec vnq̄ꝫ fuerat ꝯfeſſus:ſed oī
a mala q̄ facere poterat exercebat
Hic quodā tp̄e debebat cū dn̄is
ſuis ire verſus angliaꝫ ad tornea
mentū:⁊ ſtabat quodā ſero ante
menſā dn̄orum ſuoꝝ ⁊ turpia ⁊ ꝑ
niciosā verba ꝓferebat. ⁊ ſubito
inuaſit eū dolor:⁊ cadens in terrā
mortuꝰ eſt. de quo multū dolentes
dn̄i ſui:timebant ꝙ damnatꝰ eēt
Altera die cū eſſent in via:vnꝰ mi
litū obdormiuit:ſedens in equo:⁊
equꝰ deuiauit. Cūqꝫ euigilaſſet:in
uenit ſe extra viam:ſolū in ſilua.
⁊ circūſpiciens vidit vmbrā quā
dam dicentē. O dn̄e ne paueatis.
ego ſum aīa ſerui veſtri. Et cū quē
ret de ſtatu ſuo:dixit ſe eē ī purga
torio. Cūqꝫ miraret̄ ꝙ talis q̄ nun
q̄ꝫ aliq̄d boni feciſſet:non dāнatꝰ
eſſet:rn̄it ille Magna eſt dei mia ⁊
maior q̄ꝫ nr̄a pc̄tā. ⁊ addit. Statī
cū ſentirem dolorem cepi cogitare
de dei mia:⁊ dolui me peccaſſe ⁊ ſic
mortuꝰ ductus ſū ad iudiciū. Cūqꝫ

me accuſarent dyaboli: ait dñs.
Talem te iudico q̄lem te inuenio
⁊ data eſt ſnīa ſup me. q̃ meam
pn̄iam diſtuli vſq̧ in finē vite. de
leo vſq̧ ad finē mundi in purga
torio manere Scio tn̄ tantam eſſe
mīam dei: ſi aliq̄s ſcūs bo.ſ. ſacer
dos ꝑ me miſſas aliq̄s celebraret:
deus penā meā breuiaret. Ait mi
les. Nonne vꝫ eq̄liter om̄is miſſa
Ait ille. oīs miſſa in ſe eq̄liter eſt
bona: ſed deꝰ exaudit orōem deuo
ti ⁊ ſcī viri citiꝰ: q̄ꝫ pueri ⁊ mali ſa
cerdotis. Eſt in ciuitate iſta ſanctꝰ
ep̄s noīe thomas ad quā venitis.
qui ſi ꝑ me oraret: credo q̃ eū dñs
exaudiret ⁊ ſic euanuit. Cumq̧ mi
les ad ciuitatē illam veniret: adijt
ep̄m ⁊ ſibi oīa enarrauit rogans
eum vt ꝓ eo miſſam celebraret Qd
cū faceret: infra accōnē apparuit
ei aīa illius in altari grās agens
q̃ per orōnes eius ab oī pena pur
gatorij eſſet liberata. Quarto pec
catum hoīem eternaliter damnat
Vnde apl's in ep'la hodierna. Sti
pendia peccati mors eſt eterna. a
qua nos cuſtodiat ihesus xp̄s.

De eodē. Sermo. cxx.

Quot panes hē
tis. Dicunt ei ſeptē. Marci
viij. Legitˀ in euangelio hodierno
q̃ diſcipuli q̄ dn̄m ſequebantˀ ha
buerunt. vij. panes. Per hos ſep
tem panes ſignificantˀ ſeptē opa ̄
mīe q̄ debent hr̄e omnes qui diſci
puli xp̄i eſſe volunt: ⁊ eū ſeq̄ui ad

regnū celoꝝ ꝓponunt. ⁊ ideo ne ſe
q̄ntes ſe turbe deficerent in via his
vij. panibꝰ ſatiauit. Primū ē eſu
rientē cibare Thob. iiij. Cū eſuriē
tibꝰ panē tuū comede. ⁊ cū egenis
ac̄. Lu. iij. Qui hꝫ eſcas det nō hn̄
ti. Eze. xviij. Si hō panē ſuum eſu
ienti dederit: vita viuet. ſ. eterna Lu
ce. xiiij. Cū facis conuiuiū voca pau
peres. debiles. cecos ⁊ claudos. ⁊ e
ris beatus q̃ non hn̄t vnde retribu
ant tibi. retribuetˀ autē tibi in re
ſurrectōe iuſtoꝝ q̄n dicetur ad bo
nos. Eſuriui ⁊ dediſtis mī mandu
care. venite benedcī patris mei ac̄
Qd eī vni ex minimis meis feciſ.
mihi fe. Dn̄s enim reputat ſibi fie
ri qd ſit pauperibꝰ. Exemplū. qui
dā abbas iuſſit ſibi fieri cibū deli
cioſuꝫ valde de lampreda. Ecce qui
dā paup aſtabat rogans ſibi lac
mabiliter dari ꝓpter deum. Abbas
mīa motuſ iuſſit ſibi dari lampre
dā ꝓpter deū. ⁊ accepto vaſe cū pi
ſce cunctis videntibꝰ celū aſcendit
Nocte ſeq̄nti eſt reuelatuꝫ abbati
q̃ xp̄s fuerat qui in ſpecie paupis
apparuit. Scd'um eſt potare ſitien
tem. Mat. iiij. Qui dederit vni ex mi
nimis calicē aque frigide tm̄ in no
mine diſcipuli. amen dico vob nō
perdet mercedē ſuam. Multo magis
ſi dederit vinū vel aliū potum meli
orem. Quantū illud mīe opus pla
ceat deo: patet p exemplum. Quidā
epiſcopus valde ſitiens vinū ſibi
afferri precepit. Cumq̧ pincerna
totū quod erat in lagena effudiſ
ſet. ecce pauper quidam importu
nis precibus ⁊ clamoribus illud

ſibi popoſcat dicens: niſi ſtatim bi
beret expiraret. Miſertus ei epūs
dedit ei vinum. Cumqꝫ epūs iteruꝫ
bibere vellet: precepit pincerne vt
reſpiceret ſi aliquid in vaſe remā
ſiſſet. Cumqꝫ reſpiceret: inuenit la
genā plenam ⁊ querens pauperē
minime inuenit: ⁊ credit in ſpecie
pauperis xp̄m extitiſſe. Tercium ē
veſtire nudos. Yſa. lviij. Cū videris
ris nudū operi eū: ⁊ carnem tuaꝫ
ne deſpexeris. Eze. xviij. Si hō nud
veſtimento cooperuerit vita viuet
.ſ. eterna. Iſtud aūt dn̄s ſibi repu
tat fieri. Mat. xxv. Nudꝰ fui ⁊ coo
peruiſtis me. Exemplū in btō mar
tino: qui dedit pauperi dimidiam
veſtem ſuā cum adhuc eſſꝫ cathe
cuminus ⁊ nocte ſeq̄nti vidit xp̄m
indutum illa parte veſtis ⁊ ad ange
los dicens. Martinꝰ adhuc cathe
cuminꝰ hac me veſte contexit. Quar
tum eſt recipe pauperes hoſpites
De quo apl's Ro. xij. Hoſpitalita
tem ſectantes. hoc etiā reputat do
minꝰ ſibi fieri Math. xxv. Hoſpes
eram ⁊ collegiſtis me. Et cū mitte
ret diſcipulos ſuos ad predicādū:
dixit math. x. Qui vos recipit: me
recipit. qui vos non recipit nec au
dierit ſermones veſtros. amen di
co vobis: ꝙ tolerabilius erit terre
ſodomoꝝ ⁊ gomorre in die iudicij
ꝙ̄ illi ciuitati. Quantū iſtud opꝰ
mie placet deo: pꝫ in multis exem
plis Quedā dn̄a .ſ. beata elizabeth
plena pietate recepit hoſpitē quē
dam leproſum ⁊ poſt cenā poſuit
eum in lectum ſuum viro abſente
vir aūt rediens ſtatim intrauit ca
merā ⁊ ſuauiſſimū ſentiens odorē
q̄ſiuit q̄dnam eſſet qđ ſic redolēt
in lecto. tacente illa iratus eſt vir:
⁊ tandē cōpulſa dixit ⁊ fuit cōfeſſa.
⁊ accedentes ad lectū: inuenerunt
imaginem crucifixi. ipſū aūt non
inuenerūt. Item. quidā hō multū
hoſpitalis cuꝫ quadā die multos
pegrinos recepiſſet ⁊ pſonaliter ⁊
quā eis ſup manꝰ ex deuocōe fūde
ret vidit vnum inter eos habētem
manus perforatas ⁊ ſanguineas
ad modū crucifixi: ⁊ ecce defecit ſi
bi aqua ⁊ cū iuiſſet p aqua ⁊ reū
ſus fuiſſet: non eſt inuentꝰ ille. ſu
per quo dum multuꝫ miraret̄: no
cte apparuit ei dn̄s dicēs. Alijs di
ebꝰ i mēbris meis recepiſti me ho
die autē meipſum in hoſpicio tuo
recepiſti. Quintū eſt viſitare infir
mos. Ecci. vij. Non pigeat quoſqꝫ
infirmos viſitare. Ex hoc enī in dile
ctione dei firmabitur hō. Iac. i. Re
ligio munda ⁊ immaculata apud
deum ⁊ prēm hec eſt: viſitare infir
mos. pupillos. ⁊ viduas in tribu
lationibꝰ ſuis. Legit̄ in vi. pa. ꝙ q̄
dā interrogauit q̄ndā ſcūm ſenē. d.
Duo ſunt fratres quoꝝ vnuſ ieiu
nat ſex diebꝰ in ſeptimana ⁊ labo
rat multū. alius egrotantibꝰ libē
ter ſeruit. cuius opꝰ eſt deo magiſ
acceptum. R̄ñt ſenex. ſi frater ille
q̄ ſex diebꝰ ieiunat laborans ſe ſu
ſpenderet p nares: non eq̄ri poſſit
illi q̄ infirmis libenter ſeruit. Hoc
opus etiā reputat ſibi deus fieri.
Mat. xxv. Infirmꝰ erā ⁊ viſitaſtiſ
me Q̄ntum deo placet: pꝫ. Exemplū
Legit̄ in vita ſpa. de ſcō martino q̄

libenter ↄſueuit infirmos viſitare
⁊ tractare ꝙ quadã die dũ iret de
eremo ad clauſtꝝ: xp̄s ei in ſpecie
leproſi ⁊ multũ infirmi iacentis in
terra apparuit: rogans vt eũ ꝓpter
deũ ad clauſtꝝ portaret. quē mar
tinus libenter portauit. Cum autē
clauſtro appropiaſſet: monachi in
ſpũ hoc videntes clamare ceperunt.
Occurrite martino q̄ xp̄m portat.
Interim ipſe diſparens ait. q̄ me
nõ erubuiſti ci vilis apparere: nõ
erubeſcã te corã pr̄e meo in celis.
Sextũ eſt viſitare ⁊ liberare capti
uos. Heb. xiij. Mementote inquit
vinctoꝝ. q. d. neccãria eis miniſtra
te: ⁊ non ſolũ dñt eis neccãria mini
ſtrari: ſed etiã dñt liberari. Eccĩ. iiij
Libera eũ qui iniuriã patit̃ a ſup
bo. Exemplũ de ſcõ nicolao: q̄ tres
iuuenes innocentes adiudicatos
morti liberauit. illud autē reputat
dñs ſibi fieri. Mat. xxv. In carcere
erã ⁊ veniſtis ad me. venite b̄ñ
dicti patris mei ⁊c̃. Iſta ſex opera
mie ponunt̃ in nouo teſtamēto in
euangelio vt ſ̄. Septimũ eſt ſepe
lire mortuos. qḋ ponit̃ in veteri te
ſtamento. Thob. de quo eccĩ. vij.
Mortuo n̄ ꝓhibeas grãꝫ. glo. ad
eſt iam pa uperũ ꝑtinet ſepultura
mortuoꝝ. De iſto ope cõmendat̃
thobias q̄ libenter mortuos ſepeli
uit. Exemplũ. quadã die dũ thobi
as ſederet in prandio: nunciatũ ē
ei ꝙ quidã occiſus iaceret ĩ platea
ſtatim ſurrexit ⁊ attulit corpus ⁊
poſuit in domũ ſuã: ⁊ ſepeliuit no
cte: ꝙ̃uis rex ꝓhibuiſſet Hoc opꝰ
nobis ↄmendat̃ exẽplo brutoꝝ

aĩalium. Legit̃ in naturis aĩaliũ
de delphino ꝙ eo mortuo tractant
alij delphini ne piſces comedant
mortuũ ⁊ deferunt in ꝓfundũ ⁊ ſe
peliunt Hoc opꝰ multũ humiliat
hoiem ⁊ trahit eũ a pctõ. Vnde ec
cle. vij. Melius eſt ire ad domũ lu
ctus q̄ ad domũ ↄuiuij In illa em̃
fi. cun. ammo. ho. ⁊ vi. ho. co. quid
fu. ſit. Vnde legit̃ de quodã eremi
ta qui capita mortuoꝝ ⁊ oſſa in
cella ſua poſuit vt ſp̄ mortē cogita
ret. Sic pꝫ de ſeptem operibꝰ mie ſi
gnificatis p ſeptem panes quos
oꝫ nos habere ſi nolumus deficere
in via q̄ ducit ad pr̄iam ad quam
nos ꝑducere dignet̃ ihẽſus xp̄us.
Sed ſicut exhibuiſtis membra ve
ſtra ſeruire immundicie ⁊ iniq̃ta
ti ad iniquitatē: ita nunc exhibite
mēbra vr̃a ſeruire iuſticie in ſãcti
ficacõem ꝟ ſicut voluntarie. ſeruē
ter ⁊ vniũſaliter oibus mēbris ſ
uijſtis pctõ: ita nũc voluntarie ſer
uēter ⁊ vniuerſaliter exhibete ſer
uicio dei. Rogemus.

Dñica. viij. F. cxxi.

SI ſcḋm carnē vi
xeritis moriemini. Ro. viij
In verbis iſtis hortat̃ nos apl̄us
fugere carnis deſideria vt nõ mori
amur morte eterna. Sciendũ autē
ꝙ q̄drupl ex eſt mors. ſ. nature. cul
pe. grẽe ⁊ gehēne. Morte nãe morit̃
hõ qñ aĩa ſepatur a corpe. hac
morte oꝫ nos omnes mori. non em̃
eſt homo in mundo qui hanc mor

tem poſſit euitare. ſed beati ſunt il
li qui ſic viuunt ꝙ in dño moriun
tur. Apoca. xiiij. Quicunqꝫ in dño
viuit ꝑ caritatem: ille etiã moriť
in dño. Nullũ enim membꝝ pt mo
ri in corpe: niſi qd prius vixerit.
ſic nullus pōt mori in dño: niſi vi
uat in dño ⁊ ſit membꝝ xp̄i. mul
ti tñ ſunt q̄ bene volunt mori in do
mino. ꝙ ſm ariſto. pri. de eth. oīs
hō nãliter bonũ appetit: ſed nolũt
ꝓ eo laborare. i. nolunt viuere in
dño ſed volũt viuere in dyabolo ſi
cut pctōres qui pctm̄ relinq̄re no
lunt. Sic fecit balaã qui vitã peſſi
mã habuit. ⁊ tñ deſiderabat mor
te mori iuſtoꝝ. Nume. xxiiij. qñ di
xit. moriať aĩa mea morte iuſtoꝝ
O ꝙ diſſimilis eſt mors iuſtorũ ⁊
maloꝝ. ſ. illoꝝ qui in dño moriun
tur: ⁊ illoꝝ qui in dyabolo moriun
tur. ſicut pꝫ Lu. xvi. Factum eſt vt
moreret mendicus: ⁊ duceret in ſi
nũ abrahe ab angelis. Mortuus
eſt ⁊ diues ⁊ ſepultꝰ in infernũ De
vtraqꝫ morte dič ber. Bō eſt mors
iuſti ꝓpter requiẽ. melior ꝓpter io
cunditatẽ: ⁊ optima ꝓpter ſecurita
tem. Econtra mors pctōꝝ peſſima
Mala ſiquidẽ eſt in amiſſione mũ
di. peior in ſeꝑatione carnis: ſꝫ peſ
ſima in eterni ignis ɔcrematione
Iſtam mortem nãe demus timere
ꝓpter incertitudinẽ. ꝙ dicit bern.
Nihil certiꝰ morte: nihil incertius
hora mortis. Ideo monet nos dñs
Mať. xxiiij. Vigilate. ꝙ neſcitis q̄
hora dñs venturus ſit. Illud autẽ
ſcitote: qm̄ ſi ſciret paťfamilias q̄
hora fur veniret: vigilaret vtiqꝫ. ⁊
non ſineret pfodi domũ ſuã. Glo.
Gre. Vltimã ſententiam. i. horã ig
norari dñs voluit: vt ſit ſꝑ ſuſpcã
⁊ vt ſic ſꝑ ad eã preꝑemur. Et ideo
bene ɔpatur furi qui venit qñ nō
ſperať: ſic ⁊ mors venit qñ non pu
tať. Ideo dicit ſene. Mors tibi inſi
diať in omni loco ⁊ in oī tpe: tu qꝫ
ſi ſapiens es vbiqꝫ eam expectab
Exemplũ in quodã rege qui nũq̄
ridere ɔſueuit. req̄ .I. in ſer. vt quid
cogitatis. Scda mors dī mors cul
pe. hoc eſt qñ aliquis moriť in aĩa
ꝑ pctm̄ mōrle. Vnde eze. xviij. Ani
ma que peccauerit: ipſa morietur
De iſta morte dicit augꝰ. Sicut vi
ta corpis eſt anima: ita vita aĩe
eſt deus. qm̄ ſi aĩa deſerit corpus
corpꝰ moriť. ſic aĩa moriť ſi deſerit
eã deꝰ. qd fit ꝑ pctm̄ mōrle ꝙ deus
deſerit animã. Yſa. lix. Pctã veſtrã
diuiſerunt inter vos ⁊ deũ veſtrum
Iſta mors ſignificať per tres mor
tuos quos legimꝰ a dño ſuſcitatos
.ſ. puellam mortuã quã in domo
ſuſcitauit Ma. ix. Et adoleſcentem
extra portam. Lu. vii. Et lazaꝝ in
ſepulchro Ioh. xi. Pctm̄ mōrle ali
qñ eſt in voluntate. ⁊ tunc mortuꝰ
eſt hō in domo. ꝙ adhuc latꝫ pec
catum interius. Qñqꝫ eſt in opere
⁊ tunc hō mortuus eſt extra portã
Et qñqꝫ eſt in ɔſuetudine. ⁊ tunc
mortuus eſt hō in ſepulchro. Pri
mum eſt graue. ſecundũ grauiꝰ.
tercium grauiſſimũ. Q꞉ grauiſſi
ma ſit iſta tercia mors qñ hō duxe
rit in ɔſuetudinẽ peccare: pꝫ in hoc
ꝙ dñs primos duos. ſ. puellã ⁊ ado
leſcentẽ faciliter. ſ. ſimplici verbo

ſuſcitauit: ſed terciū. ſ. laſaꝝ ſepul
tum cū fletu ⁊ clamore ſuſcitauit.
Jo. xi. Infremuit ſpū: ⁊ turbauit
ſeipſum ⁊ lacrimatꝰ eſt ⁊ voce ma
gna clamauit. Laſare veni foras.
In hoc oñt quid faciendū ſit eis q̄
in ſepulchro male ꝯſuetudinis la
pide obduracōnis ſunt preſſi. Fre
mitu enim ꝯtritionis. lacrimis cō
punctionis. clamore orōnis ⁊ con
feſſionis ſunt ſuſcitandi. Et bene
mortui dicunt̄ tales. q꞉ in mortali
pctō ſunt. q꞉ opera viua facere nō
pñt. Qñ enim mortale pctm̄ hō ꝯmit
tit mortificat oīa bona opera q̄ an
tea fecerat: ⁊ inſup omīa q̄ in mor
tali facit mortua ſūt. Ecci. xxi. Qua
ſi rompħea bis acuta omnis iniq̄
tas. ⁊ dr̄ bis acuta q꞉ vtraq꞉ bona
mortificat. ſ. preterita pñtia ⁊ futurā
verūtn̄ p ꝯfeſſionē reuiuiſcūt illa
bō opa que fecit hō ante pctm̄: cū
adhuc homo fuit in grā: ſed que i
peccatis facta ſūt nunq̄ reuiuiſcūt
ꝟ. Illa reuiuiſcunt que quondaꝫ
viua fuerunt. Nunq̄ viua fiunt: q̄
nunq̄ viua fuerunt. Tercia mors
eſt mors gratie. ſ. qñ homo priua
tur vita carnali. qñ deſinit viuere
ſm ꝯcupiſcentias carnis ⁊ incipit
viuere ſm ſpm̄: qñ omnia deſideri
a carnis ſunt extincta in homine ⁊
deſideria anime ſunt erecta ad deū
De talibus dicit aplꝰs Coloſ. iij
Mortui eſtis: ⁊ vita veſtra abſcon
dita eſt cum xpō in deo ꝟ mortui eſ
tis a terrenis ⁊ carnalibus deſide
rijs tanq̄ mortui ſepati ⁊ vita ve
ſtra abſcondita eſt in deo ⁊ hoc cū
xpō ꝟ ſicut xp̄s abſconditus eſt in
deo. vel ſicut xp̄s mortuus fuit car
ne: ⁊ vixit deitate. ſic nos debēꝰ mo
ri in his que ꝯcupiſcit caro: ſed vi
uere debemꝰ in his que ad deum p
tinent. p̄. Pe. ij. Pctā noſtra ipē p
tulit in corp e ſuo ſup lignum: vt
peccatis mortui iuſte viuamꝰ deo ⁊
ei ſeruiamus Iſtud figuratuꝫ eſt
geñ. xxij. vbi aries morit̄: ⁊ yſaac
immolat̄. Aries enī carnem ⁊ yſa
ac ſpm̄ ſignificat. ſed multi p arie
te yſaac interficiunt dum per car
nis voluptatē ſpiritū extinguunt.
Hec mors ꝑuenit ex caritate ad de
um. Canti. viij. Fortis eſt vt mors
dilectio. Pſi. Sicut mors violent̄
ſepat animā a corpore: ita dilectō
violenter ſeparat hoīem a mūdo.
Quarta mors eſt gehenne. i. infer
ni qua damnati eternaliter mori
unt̄: ⁊ tñ non ꝯſumuntur. Bernh.
Quis det eis ſemel mori: ne in eter
num moriant̄. Apoca. ix. Deſiderā
bunt mori: ⁊ mors fugiet ab eis.
Et aſſignat auguſt. cauſā dicens
Quibꝰ hic in ſeculo vita offertur ⁊
ciant te peccare. Figurā habemus
Nū. xxvi. vbi dicit̄ q2 mulieres ⁊
virgīes madianite ꝯmunicauerūt
filijs iſrl̄ ⁊ induxerūt eos ad hoc
q2 adorauerūt beelphegor. ꝓpter h°
occiſi ſunt. xxiiij. milia hoim. Nota
hiſtoriā. ſic ergo p3 quō peccator
ꝯpatur leproſo. Si g̊ vult mūda
ri a lepra aīe debet ſe oſīdere ſacer
doti p ꝯfeſſiōem. Bernh. Vbi fre
quēs ꝯfeſſio ibi decora pulchritu
do. Tāta eſt virtus ꝯfeſſionis q2 ſo
la volūtas ꝯfitendi liberat hoiem
a pctīs. ſicut figuratū eſt in iſtis
decē leproſis q̄ mūdati ſunt ante
q̄ venirent ad ſacerdotē. Ps. Dixi
ꝯfitebor aduerſū me iniuſticiam
meā dn̄o ⁊ firmiter ꝓpoſui: ⁊ ſeq̄t̄
Et tu remiſiſti impietatē pctī mei.
Exemplū. miles q̄dam omnibus
diebus vite ſue criminoſus erat ⁊
latrocinia exercuerat. tandē capit̄
⁊ ad decollādū ducitur ⁊ p via du
ctus iuſſit ſibi dari cōfeſſorē. Cū
q3 inimici ſui nollēt tam diu expe
ctare. ait. Domine qui noſcis corda
hominū tu ſcis q2 libēter ꝯfiterer ſi
haberem ꝯfeſſorē. accipe voluntatē p
facto. Et addidit. Jn man⁹ tua cō
mendo ſpūm meū ⁊ ſic decollatus
eſt. Erat autē in vicino q̄dam ob
ſeſſa demonio q̄ dabat rn̄ſa ad in
terrogata. Cui dictū eſt modo ha
bebitis magnū gaudiū in inferno
de morte iſti⁹ latronis. Qui rn̄dit
nequaq̄ vnū verbū in fine ptulit
ꝓpter qd ſaluat⁹ eſt. Scd̄o debz ho
mo oſtēdere bonum exemplū ⁊ bo

nam opacōem in ↄuerſacōe Jaco
bi.iij. Qui ſapiēs ꝛ diſciplinatus
inter vos ꝛ oſtēdat ex bona ↄuerſa
tione opacōem ſuā in māſuetudi
ne ſapientie. ad qđ hortatur dñs
Mat.v. Sic luceat lux veſtra corā
hominibꝰ vt videāt opa veſtra bo
na ꝛ glorificēt patrem veſtrū q̄ in
celis eſt. Ex bono enī exemplo iu
ſtorū glorificat᷑ deus. qñ alij hoc
imitātur. Et ex malo exēplo ꝓuo
catur deꝰ quando alii ex hoc ſcāda
liſant. vnde dñs Math.xviij. Qui
autē ſcandaliſauerit vnū ex mini
mis qui in me credūt ꝛ occaſionē
ruine malo exemplo dederit. expe
dit ei vt ſuſpēdatur mola aſinaria
ꝛ lapis molaris in collo eius ꝛ de
mergatur in ꝓfūdū maris. quia
meliꝰ eſt ei ꝓ culpa breuem recipe
re penam q̄ eternis cruciatibꝰ ſer
uari vel vtiliꝰ eſſet hoī mortē ſubi
re q̄ malo exēplo alios ſcandaliſa
re. Exemplū habemus.ij. Macha
b.vij. q cū antiochꝰ ↄpelleret iu
deos trāſgredi legem dei coegit ele
a ſarū ſuillas carnes comedere ali
oquin occideret eū. Quidā amici
eiꝰ licitas ſibi carnes offerētes ro
gauerūt eum ſecrete vt ſimularet
ſe ſuillas carnes comedere. q̄ renu
ens dixit. Adoleſcentibꝰ forte relin
quā puerſū exemplū ꝛ elegit poti
us mori q̄ malū exemplū alijs
dare. Mat.xviij. Ve mūdo ab ſcā
dalis ꝛ ve ōnibꝰ illis q̄ in hoc mū
do alios malo exēplo ſcādaliſant
Debemꝰ ergo bona opa ꝛ exēpla
dare alijs ad edificacōem vt inde
exemplū ſumant. vñ p̄. Thi.iiij.

exemplū eſto fideliū. Sꝫ heu q̄dā
oſtēdunt bona ſua nō ad edificacō
nem primorū ſꝫ ꝓpter vanā gloriā
de quibꝰ Mat.xxiij. Omnia opa
ſua faciūt vt videātur ab hoībus.
Amē dico vobis: q receperūt merce
dē ſuā. yſa.xxxix. dicit᷑ q ezechias
oſtēdit babilonijs oīa ſecreta tem
pli. theſauros ꝛ cellā aromatū ꝓ
pter vanā gloriā ꝛ arguit eum dñs
ꝑ ꝓphetam dicēs Quia oſtēdiſti eis
iſta. venient babilonij ꝛ auferent
ōnia hec ꝛ poſtea factū eſt. Sic cō
tinget illis q̄ oſtendūt bona opa
ſua ꝓpter vanā gloriam. Exemplū
in rege q̄ edificauit templū de ſup
tibus ſuis Reḡ. in f. Videte manꝰ
meas. Criſoꝰ. ſup illud mat. noli
tuba canere Tuba eſt actꝰ vel ſer
mo p quē ipſa opis iactātia ſignificat᷑
Tubā enī canere eſt pompā vane
laudis appetere. Tercio dꝫ homo
oſtēdere imaginē dei in anima ſua
ꝛ hoc in expiracōe Mat.xxij. pha
riſei dixerūt ad magiſtrū. Licet cē
ſum dare ceſari an nō. Reſpōdit.
Oſtendite mihi numiſma cenſus
ꝛ numū qui ſolet dari ꝓ cenſu. Ad
literam. Numꝰ ille habuit imagi
nem regis impſſam. Spūaliter p
numū iſtū intelligitur anima ad
imaginē dei facta. Augꝰ. De cōfeſ
ſione anime Anima eſt ſubſtātia
creata inuiſibilis incorporea imor
talis habēs imaginem creatoris
ſui. Iſtum numū fabricauit deus
q̄n hominē ad ſimilitudinē ſuā
creauit ꝓ iſto numo ſeruiuit xps
pluſq̄.xxx.annis in iſto mundo. io
diligenter in morte hoīs exami

nabit dicēs Cuius eſt ymago ⁊ ſu
pſcriptio. Reqret deus ymaginē
.ſ. animā ita oñdendā ab homīe
ſicut ſibi pñtauit. Exēplū. Homo
qdam abijt in regionem longīn
quā accipe ſibi regnū ⁊ reuerti: ⁊
habuit vnicā filiam dilectā ⁊ illā
cōmiſit ſuo diſpenſatori dicēs Cō
mitto tibi hanc dilectā filiā meā
vt eam diligēter cuſtodias ⁊ mini
ſtres ſibi neccãria ⁊ ita ſanā mūdā
⁊ pulchrā reſtituas. ſi hoc feceris
maximis honoribꝰ te ſublimabo.
ſin autē in ppetuū te cruciabo. Iſte
homo eſt xp̄s qui abijt in regiōē
longinquā .ſ. celū: ⁊ cōmiſit ſeruo
ſuo .ſ. cuilibet fideli ſuū dilectam fi
liam .ſ. animā hoīs quā tantū dile
xit ꝙ p ea mortē ſuſtinuit: ⁊ redi
bit in morte cuiuſlibet hoīs repe
tens animā ita pulchrā mūdā ⁊
ſanā ſicut in baptiſmo eſt homi
pſentata. qui ſic eam pñtauerit il
lū eternaliter ſublimabit. Qui au
tē pollutam pñtauerit: eternaliter
in carcerē inferni illū includet. Iđo
dicitur Eccī. x. In māſuetudine ſer
ua aīam tuā. Rogemus.

Dnica. xv. F. cxxxv.

# Dum tēpus ha

bemꝰ operemur bonum. ad
Gal. vlt. In verbis iſtis facit apo
ſtolꝰ tria. Primo hortatur nos ad
opandū ibi. operemur. Secūdo qđ
ſit operandū ibi. bonum. Tercio
qñ ſit operādum ibi. dum tempꝰ
habemꝰ. Circa primū ſciendū ꝙ
libēter opari debemus: ꝙ ocium

multa mala facit. Bernħ. Multa
mala docuit ocioſitas. eſt enī ma
giſtra nugarū ⁊ nouerca virtutū.
Exemplū habemꝰ in dauid ⁊ ſalo
mone. qñ enim occupatꝰ fuit da
uid in bellādo cōtra inimicos dei ⁊
ſalomō in edificando tēplum dnī
boni fuerūt: ſꝫ qñ ocio vacabāt in
peccata ceciderunt. Req. in F. Quid
ſtatis hic tota die ocioſi. Dicit ei
Ieronīꝰ. Semp aliqđ boni facito
vt te dyabolꝰ non inueniat ocioſū
Qui ſi inuenit hominē ocioſū im
mittit ei cogitacōēs inutiles. Bern
ħ. Omniū cogitationū ⁊ temptati
onum malarū ſentina eſt ocium
Qui ergo vult temptacōēs ⁊ inuti
les cogitacōēs vitare: ſemp debet
aliqđ boni opari. Augꝰ. Nō facile
capit a temptacōne qui vacat bo
no exercitio. Exemplū btūs antho
niꝰ temptatꝰ a ſpū accidie reſidēs
in eremo: dicebat. Domīe ſaluari
deſidero: ſꝫ male ⁊ vane cogitatio
nes non pmittunt me. quō debeā
ſaluari michi dignare oñdere. Et
reſpiciēs vidit quēdam aſtātem.
torquētem vermiculū q̄ ſibi ſimi
lis erat. deinde vidit eum orantē ⁊
iterū ſedentē ⁊ operantē ⁊ inde rur
ſus ad orōem ſurgentē. Cumqꝫ ſic
pluries feciſſet: dixit ei Ita ⁊ tu fa
cias anthoni ⁊ ſaluꝰ eris. Ego ſum
angelꝰ tuus miſſus a deo vt docerē
te orare. Circa ſecūdum notandū
eſt ꝙ operandū eſt bonum ⁊ non
malum. vnde dicit apoſtolꝰ. ope
mur bonū. Sūt autē duo q̄ debent
nos inuitare ad opandū bonum
.ſ. timor ⁊ amor. Timor ſupplicij ⁊

amor p̄mij. Aliter enĩ opatur ſu⁹
alie filij⁹. Seruũ monet timor exẽci
tacõis: ſ filiũ amor p̄mia tiõis ſui
ſunt ipſe ſcĩa incipiẽtes bona vitã
Iſtos dz monẽ ad opandũ timor
ſupplicij. Eccle. ix. Quodcunqȝ poteſt
man⁹ tua inſtanter opare: q nec
op⁹ nec ratio nec ſciẽtia nec ſapi
entia eſt apud inferos quo tu ꝑpe
ras. Et in Mat. xxv. minat̃ domi⁹
tatib⁹ dicens. Inutilẽ ſeruũ piĳci
te in tenebras exteriores ibi erit
fletus ⁊ ſtridor dentiũ. Item Mat.
iij. Omnis arbor bona que non fa
cit fructũ bonũ excidetur ⁊ in ignẽ
mittetur. Certe iſtas cõminacões
debet homo acidioſus attendere ⁊
erit agilis ad bñ opandũ. Exem
plũ legitur in vitas patrũ q cum
quidaz vellet intrare religiõem ro
gauit eũ mater ſua ne hoc faceret
⁊ nõ adquieuit ei. Sed dixit volo
ſeruire deo ⁊ volo ſeruare animaz
meã ⁊ ſaluare eam. Fact⁹ autẽ mo
nachus negligẽter egit ⁊ acidio
ſus fuit. Mortua autẽ matre ⁊ ipo
egrotãte in extaſi poſit⁹ raptus ẽ
ad iudiciũ vbi vidit matrem ſuaz
que increpãs eum de acidia ſua di
cens. O fili mi vbi ſunt verba que
dicebas. ſeruire volo deo ⁊ ſaluare
animã meã. Ecce modo iudicãdus
es de acidia tua. qui cõfuſus neſci
uit quid rñderet. Et ecce venit vox
dicens. Reuertere ad vitã ⁊ emen
da ſtatũ tuum. qui poſtq̃ cõualu
it nunq̃ ocioſus eſſe voluit ⁊ tota
die deflebat ãnos quos negligẽ
ter expẽderat ⁊ cũ multi ei diſſua
derẽt fletum ⁊ laborem ne leſiõem

incurreret. Reſpõdit. Si impropri
um mẽs mee ferre nõ potui. quo
modo in iudicio ferã improperiũ
chriſti. quãdo me de negligentia
arguet ⁊ requiret racõnem de tem
pore mihi impẽſo. Filios. id ẽ pfe
ctos debet inuitarẽ ad laborẽ amor
p̄mij eterni. Math. xx. Voca oprã
rios ⁊ redde illis mercedẽ ſuaz. red
det enim vniuiqȝ ſm opa ſua. Rõ
ij. Gloria ⁊ dignitas pax ⁊ honor
omni operanti bonum. Hoc debẽt
attendere filij dei q vniuiqȝ ẽ dẽt
mercedẽ ſuam ſm laborem ſuum.
Qui plus laborauerunt plus mer
cedis accipiẽt. Exemplũ legitur in
vitas patrũ. Quidam ſenex habi
tauit in nemore cui⁹ cella ſtabat a
fõte certa miliaria. ita q cũ aquã
vellet habere totam diem expẽdit
afferendo ⁊ cum vellet labori ſuo
parcere ⁊ cellam iuxta fontẽ tranſ
ferre. vidit angelũ dei ſequẽtez ſe
et q̃rens q̃d ageret. ⁊ dixit. Ego ſuz
angelus domini ⁊ veni numerare
om̃es greſſus tuos vt domin⁹ ſm
laborem tuũ poſſit reddere p̄miuz.
Quo audito elongauit ſuã cellaz
a fonte remoti⁹ vt plures labores
haberet ⁊ plures mercedes accipe
ret. Tercio oñdit apoſtolus qñ ſit
opandũ cum dicit. cũ temp⁹ ha
bem⁹. v in hac vita. ij. Cor. vi. Ecce
nũc tempus acceptabile ecce nũc
dies ſalutis. In hĳs ergo diebus
exhibeam⁹ nos ſicut dei miniſtros.
q̃ſi diceret In iſto tempore poſſum⁹
opari ſalutẽ animaꝝ noſtrarum
q̃diu viuim⁹ in hac vita ⁊ non p⁹
hanc vitam: ⁊ hoc eſt q̃d iuramit

angelus ꝑ viuentẽ deum· ꝙ poſt
illud tẽpus nõ erit amplius tem
pus penitendi nec miſericordiã in
uenĩedi Apoc̃.x. Secũ.iiij. Fili con
ſerua tempus· ꝙ ſcḿ Bern̄. Nihil
precioſius tẽpe· ꝙ ſi dyabolus habe
ret temp⁹ poſſet veniã ↄſequi a deo
·Ideo dicit Criſo⁹· Omni rei oꝫ pl⁹
parce ꝙ̃ tempi· ꝙ ſi auꝝ ꝑdideris
bene poteris recupare vel ĩuueni
re· tps ſi ꝑdideris nũꝙ̃ poteris recu
perare. Exemplũ de anima que de
plaxit ꝑdicões tẽporis. Reqre in
ſmone Prepara te in occurſuꝫ dei
in quarto membro. Rogemus

De eodem· ſer·cxxxvi·

# PRimũ querite

regnuꝫ dei ⁊ iuſticiam ei⁹
⁊ oĩa hec adicient̃ vobis Mat·vi.
In verbis iſtis oſtendit dñs tria
Primo hortatur ad querendũ reg
num celorũ· Scḋo docꝫ modũ q̃rẽ
di congruũ· Tercĩo manifeſtat reg
ni fructũ optimuꝫ· Primũ ibi· q̃ri
te Scḋm ibi· iuſticiam eius· Terci
um ibi ⁊ omnia adijcientur vob.
Circa pͥmum ſciẽduꝫ ꝙ regnum
dei querere debem⁹ ꝙ nihil melius
Nam regnuꝫ dei deus eſt qui ergo
regnuꝫ dei habet· deum ⁊ quecũꝙ
deſiderare põt habet· ꝙ de⁹ eſt oĩa
in omnib⁹. Anſelmus. Quid ergo
poſt multa vagaris o hõ querẽdo
bona anime tue ⁊ corpis tui Ama
vnũ bonũ ĩ quo ſunt oĩa bona ⁊ ſuf
ficit Quid enĩ amas caro mea· q̃d
deſideras anima mea ⁊ totum ibi
erit quicq̃d amatis· q̃cq̃d deſidera
tis ſi diuicias queritis· ibi ſunt di

uicie Deus enĩ fideles ſuos ↄſtituit
et ſup multa· ſi longam ⁊ ſalubrẽ
vitam ibi ſana eternitas ⁊ eterna
ſanitas ꝙ iuſti in ꝑpetuũ viuent·
ſi delectant pulchritudĩes· ibi ful
gebunt iuſti ſicut ſol ſi ſapientiaꝫ
ſapientia dei oſtendit ſe nobis in
qua cognoſcitis omnia· ſi voluptã
tem· de torrente voluptatis ſue de⁹
ſuos ĩfrigerabit· Sciendũ autẽ ꝙ
multa ſunt que ſolent ab hoĩbus
appeti ⁊ deſiderari que omnia ple
niſſime inuenies in regno celorum
Primuꝫ eſt diuiciaꝝ affluentia Si
ergo diuicias deſideras ibi inueni
es veras ⁊ ꝑpetuas· pſ̃ Gloia ⁊ di
uicie in domo eius. Prouerb·viij·
Mecũ ſunt diuicie ⁊ glorie. Greg.
Si vere diuites fieri cupitis· veras
diuicias amate. Omnes diuicie p̃
ſẽtis vite falſe ſunt ⁊ periture· deci
piunt enim hominẽꝫ ⁊ ꝑducũt ad
eternaꝫ danmacionẽ· ſicut dicitur
p̃· Thimot·vlt̃. q̃ volunt diuites
fieri incidunt in temptacões ⁊ in la
queum diaboli ⁊ in deſideria mala
⁊ nociua que mergunt hominẽꝫ
in interitũ ⁊ dãnacõem Exempluꝫ
in diuite epulone qui ſepultus eſt
in inferno Luc̃·xvi· Quid ꝓfuerũt
creſo oẽs diuicie ſue qui legit̃ ditiſ
ſim⁹ fuiſſe ⁊ multos aureos mon
tes habuiſſe ⁊ tamen dãnat⁹ eſt.
Iteꝫ legit̃ de quodam rege ſarace
noꝝ q̃ dũ morte ſibi imminẽ ↄſpi
cẽt pãnũ lineũ d quo ſibi ſudariũ
fieri debuit erexit in ſignuꝫ ⁊ fecit
circũferri ꝑ ciuitatẽ et a p̃cone cla
mari· videte· hec dicit dñs. Cũ eſſẽ
princeps quindecĩ regionũ hec ſo

lū de omni gloria ⁊ de omnib⁹ diui
cijs meis mecum auferam. Ecce q̄ fal
ſe q̄ periture ſunt diuicie mundi. ſ
in regno dei ſunt vere diuicie ⁊ per
petue que nunq̄ ab homine auferū
tur nec perduntur. Bern̄. O veritas
celeſtis manſio ſecura. eterna pa
tria. totum ꝯtinens quod delectat
populus ſine murmure. In celo q̄e
ti homines nullam habentes indi
gētiam. Pſal. O q̄ glorioſa dicta
ſunt de te ciuitas dei. Secundo ſolēt
homines deſiderare longā vitā et
ſanam. Si ergo longam ⁊ ſanam
vitam deſideras illam ibi inuenies
nullus ibi moritur quia iuſti in p
petuum viuēt. ibi nullus dolor et
nulla īfirmitas. Apoc̄. xxi. Et mors
vltra nō erit neq̄ luct⁹ neq̄ clamor
ſed nec vllus dolor ſed ibi diutur
nitas. Matuzalem qui antiquiſſi⁹
fuit ſcilicet annorum nongentorum
⁊ ſexagintanouem annorum. Ge
neſ. v. quod ſemium vix eſſet pun
ct⁹ vni⁹ hore. quia dicit Pſal. Quo
niam mille anni ante oculos tuos
tanq̄ dies heſterna que preterijt
⁊ dies vna eſt ibi iocundior ⁊ ma
ior q̄ hic infinita milia annorum.
Pſal. Melior eſt dies vna in atrijs
tuis ſuper milia. Vnde Auguſtin⁹
de ciui. dei de incōparabilitate ſuper
na dic̄. Ciuitas clara eſt vbi victo
ria veritas. vbi dignitas ſanctitas
vbi vita eternitas. Exemplum Qui
dam ſanctus cogitare cepit de illo
verſiculo Quoniam mille anni an
oculos tuos tanq̄ dies ⁊c̄. Roga
dominum vt oſtenderet ſibi mini
mum gaudium regni celorum et
ſtatim vnā auicula cepit cantare co
ram eo in cuius cantu multum ce
pit delectari ⁊ ſequebatur eum ex
tra clauſtrum in quandam ſiluam
⁊ auſcultando ſtetit ibi vt ſibi vide
batur ab hora p̄ma vſq̄ ad horam
terciam. Cumq̄ audiret campanā
reuerſus eſt ad clauſtrū. Cumq̄ ap
propinquaret vidit totum clauſtrum
quod reliquerat mutatū ſcilicet qd
p̄us erat ligneū totū erat lapideū
et pulchre edificatū ⁊ ibi inuenit
pomeria et vineas q̄s ibi pri⁹ non
viderat. Et cū videret eū portenari⁹
queſiuit eū quis eſſet et vnde veni
ret. Qui rn̄dit ſe parum exiuiſſe cir
ca horā p̄mam et nunc miraculoſe
eſſent oīa mutata. Cūq̄ oēs mira
rent̄ de verbis ſuis q̄ſitū eſt i chro
nicis. et inuentū eſt q̄ ſteterat ibi
ccc. et ſeptuaginta q̄nq̄ annis. Ec
ce tot anni videbant̄ ſibi vna hora
quid ergo in regno celorū. Aug⁹
Amatoribus mundi nō eſt requies
ſed querite ergo beatam vitam i reg
no celorum. Putatis eſſe vitam in reg
no vmbre mortis. nō eſt hic. quo
niā hic nō eſt vita beata niſi in verā
vita. q̄ ſi amatis iſtam miſeram
et fluidam vitam vbi cū tanto labo
re viuitur et tandem moritur. quā
to magis amare debetis illā btām
vitā vbi nullū dolorē ſuſtinebitis
et nulli⁹ rei idigētiā hēbitis et ſine
fine cū deo viuetis. Terciū qd ſolēt
hoīes deſiderare i hoc mūdo ē pul
chritudo corporis Si ergo pulchritu
dinem deſideras. ibi erat pfecta pul
chritudo in regno celorum ſic dr̄
Math. xiij. Fulgebūt iuſti ſic ſol

in cõſpectu dei. Et ſcḋm qḋ dicit Iſa.
xxx. Erit lux lunem ſic lux ſolis. et
lux ſolis erit ſeptuplicit᷑ ſicut lux
ſeptem dierũ in die qua alligaue
rit dñs vuln⁹ populi ſui. Et erit ſic
lux ſeptem dierũ quãdo creat⁹ fuit
mund⁹. Tunc enim ſicut dicit glo
ſa. Lux ſolis multo clarior fuit ꝙ̃
nũc que ꝓpter lapſuȝ hoīs minora
ta eſt. Quanta ergo erit ibi pulchri
tudo ⁊ claritas vbi tot ſoles fulge
bunt Exemplũ Demõ quidã erat
in obſeſſo quodã qui reſpõdebat
ad īterrogata. a quo quidã inter
rogauit de celeſti gaudio. ⁊ reſpon
dit. Inexplicabile eſt gaudium il
lud et tamen de ipſo modicũ tibi
dicã Exemplum ponat᷑ ꝙ ſit mõs
valde alt⁹ ⁊ circũquaqꝫ ī circuitu
mõtis ſit cãpus planus ad centũ
mille miliaria ⁊ ſit ſeminatus ple
nus tritico ⁊ quelibet ſpica tritici
habeat ſplendorẽ ſolis. ⁊ ſtet ho
mo in mont⁹ cacumine vbi omnẽ
illũ ſplendorẽ intueat᷑ ex eo tantũ
non conciperet gaudiũ quantum
eſt minimũ gaudiuȝ celi ⁊ oīs illa
claritas non poſſet claritati illi cõ
parari. ꝙ iuſti fulgebũt in celo Illã
pulchritudinem debȝ homo q̃rere
nõ illã mundanã que modicũ du
rat ſicut pulchritudo floris ꝟ ſaie.
xl. Omnis caro fenuȝ ⁊ oīs gloria
eius ⁊ pulchritudo in qua gloriat᷑
quaſi flos agri ꝟ feni Aruit fenum
⁊ cecidit flos. Quid ꝓfuit abſalo
ni pulchritudo ſua qui pulcherri⁹
fuit in toto iſrahel. a planta pedis
vſqꝫ ad verticẽ nõ erat in eo macu
la vlla. ceſaries eius longiſſima
fuit ⁊ pulcherrima ⁊ ſemel in ãnõ
tondebat᷑. que ſcḋm ioſephuȝ tanta
erat ꝙ vix ī nouẽ dieb⁹ tonderi po
tuit. Et ſuꝑflua ceſaries vendebat᷑
ducẽtis ciclis. hãc emebãt mulíẽs
vt crines ſuos ſubornarent. Et q̃d
ꝓfuit ſibi tãta pulchritudo. mala
tamẽ morte interijt. ſicut dicitur. ij
Regũ decio octa. Noli ergo hõ appete
re iſtã pulchritudieȝ periturã. ſed
illaȝ ſẽpiternã. Quarto ſolent ho
mines appetere ſapientiã quam in
regno celorũ ꝑfectiſſime inueniũt
Ibi ſapientia mũdi eſt q̃daȝ fatui
tas. Anſelmus. Ibi ſapiẽtia ſalo
monis eſt quedã ſtulticia. qui ta
mẽ legit᷑ fuiſſe ſapientiſſi⁹. Quid
ꝓfuit ſibi ſapientia ſua. qui tñ ī ſi
ne vite ſue a mulierib⁹ vict⁹ fuit ⁊
illudebat᷑ ⁊ idola adorabat. de cui⁹
ſalute dubitat᷑ Itẽ q̃d ꝓfuit Achi
thofel ſapienti ꝯſilium ſuum. cui⁹
ꝯſilium erat in iſrl̃ quaſi qui ꝯſule
ret deũ. ſic dicit᷑. ij. Regũ. xvij. tam
mala morte interijt. ꝙ ſemetipſuȝ
laq̃o ſuſpendit In regno aũt celo
rũ ibi erit vera ſapiẽtia ⁊ cognicõ
dei ⁊ omniũ rerũ Ber. Tũc cognoſ
cemus patris potentiam. filij ſapi
enciã ſpũſſancti benigniſſimaȝ cle
mẽtiam ⁊ ita habebi⁹ illi⁹ ſũme tri
nitatis noticiã Criſo⁹ Quid eſt qḋ
nõ ſciat qui ſcientem omnia videt
quaſi dicat. nihil ẽ ꝙ homo ignorã
re poteſt. ibi enim videbim⁹ illam
faciem dei in qua omnia cognoſci
m⁹ ⁊ in illa viſione illius faciei cõ
ſiſtit tota vita eterna. vñ dicit dñs
Jo. xvij. Hec ẽ vita eterna vt cognoſ
cãt te ſolũ verũ deũ ⁊ quẽ miſiſti ie

ſum xp̄m Bern̄. Eterna omniū bea
toꝝ ſolemnitas. eſt. deū facie ad
faciem intueri. O ꝙ̄ deſiderabilis ⁊
delectabilis eſt facies illa bn̄dicta
De qua dicit Fulgēti⁹. ꝙ ſi homo eſ
ſet in omnib⁹ penis inferni ⁊ vidē
poſſ; illā bn̄dcā faciem nullū ſē
tiret dolorē. Exemplū. quidā ſcūs
vir in extaſi poſit⁹ duct⁹ eſt in pur
gatoriū vbi vidit inumerabiles pe
nas quarū minima tanta erat ꝙ
non poſſet oīb⁹ penis hui⁹ mundi
ꝯpari. in quib⁹ vidit aīas diuerſi
mode cruciari Int̄ quas vidit vnā
aīam hilari vultu gaudētē ⁊ riden
tē. Cūq; quereret quō in tanta pena
ridere poſſet. R̄ndit nūciatū eſt mi
hi ꝙ hodie puer natus eſt qui fu
turus erit ſacerdos ⁊ cū ille miſſā
celebrauerit. ego faciem ſaluato
ris videbo ⁊ ſaluabor. Q̄nto appetūt
homines delicias ⁊ gaudia. Si er
go delicias queras ⁊ deſideras ibi
īuenies. Oēs enī delicie que fuerūt
⁊ erūt ab inicio mūdi vſq; in diē
iudicij ſunt reſpectu illi⁹ ſuauitatis
ſicut eſt vna gutta aque ī reſpectu to
tius maris. Quid ꝓfuerūt ſalomo
ni delicie eius. nullus legit̄ tantas
huiſſe delicias in mūdo ſicut ipſe.
Nā in iuuentute cepit exercere deli
cias ⁊ ſic vixit vſq; ad finē vite. De
cimo aūt anno fact⁹ eſt rex. ⁊ in vn
decimo duxit vxorem. ditiſſi⁹ ⁊ po
tentiſſi⁹ fuit in dieb⁹ ſuis. tantū ha
buit de auro ⁊ argēto in ihr̄lm. ꝙ
argentū quaſi lapides reputabat
multā familiā habuit. pulcherri
ma edificia. pulcherrimas vxores
ſeptuaginta reginas et octoginta

concubinas ⁊ adoleſcētularū nō erat
numerus. multos equos. quadra
ginta milia preſepia equoꝝ curria
liū duodecī milia equeſtriū. Cibus
ei⁹ erat ſingul̄ dieb⁹. xxx. chori ſili
gis ⁊ lxx. chori farine. x. boues pin
gues. viginti boues paſcuales cen
tū arietes excepta venacōe inume
rabiliū ceruoꝝ. capreaꝝ. bubalo
rū ⁊ auiū altiliū et piſciū qui quo
tidie ab omnib⁹ finibus ei⁹ appor
tabant̄. Nō longe a ihr̄lz erāt ort⁹
deliciaꝝ ad illū ſolit⁹ erat ire in cur
ru ⁊ ꝑcedebant eū adoleſcentes
pulcherrimi. ccc. habentes. ccc. pel
tas ⁊ clipeos aureos Cuſtodes q̄
excubabant āte forēs dom⁹ ſue. l.
habentes. l. ſcuta aurea ⁊ tot lan
ceas ereas. Multa alia ſunt que de
licijs ſuis aſcribūtur ſed quid ꝓfu
erūt oīa iſta trāſierūt velut vmbrē
Attamē oēs delicie hui⁹ mūdi nō
poſſent minimo gaudio celoꝝ ꝯpari
Exemplū. Virgo quedam obſeſſa a
demonio q̄ dabat reſpōſa ad inter
rogata ad quam dixit vir ſcūs. Nū
q̄d tu ex illis es qui de celo ſunt eie
cti. R̄ndit heu ſū de illis. Cui vir ſāct⁹
dic nobis quātū eſt gaudiū celi.
qui r̄ndit. quō potero tibi dicē. ta
le eſt gaudiū qd nec ocul⁹ vidit
nec auris audiuit nec in cor hoīs
aſcēdit vel cōp̄hendere pt. Cui vir ſā
ct⁹ velles ne libēter ibi eſſe. At ille i
gemuit dicēs. ſi poſſibile eēt me
gr̄ciam inuenirē ⁊ ſi homo eſſem ꝑ
eo vellē oēm penā mūdi ſuſtinē. Et
ſi eēt vna colūna erea a ꝓfundo in
ferni vſq; ad ſummum celi erecta et
nouaculis acutis ⁊ gladijs circū

fabricata. illam aſcēdere vellem vſ
q3 ad diem iudicij et deſcendere
pro minimo gaudio celi. Querite
ergo primum regnū dei vbi inue
nietis oia q̄ deſideratis Sola p̄gu
ſtacō illi⁹ gaudij pl⁹ valet q̄ totū
gaudiū toti⁹ mundi Quod guſta
uerat Aug⁹. qn̄ dixit Introducis
me dn̄e aliqn̄ in affcm̄ multuz inu
ſitatū itrorſus a neſcio in quā dul
cedinez q̄ ſi pficiatur in me neſcio
quid aliud ſit vita etna ſi illa nō
eſt Bernhard. ſi vna gutta illius
gaudij tantuz inebriat. multo ma
gis totus fluct⁹. ſi dei veſtigia tātā
habēt ſuauitatem. q̄d h3 de⁹ qui ē
fons toti⁹ gaudij. vn̄ petr⁹ Cuz gu
ſtaſſet vnā guttā illius gaudij op
tabat ſemp hic manere dicēs. Bo
nuz eſt nos hic eſſe faciamus hic
tria tabernacula Rogemus.

Dn̄ica. xvi. Fe. xxxvij.

# Obſecro vos ne

deficiatis in tribulacōib⁹
Eph. iij. Qm̄ p multas tribulacōes
oz nos intrare i regnū celorū. ſic dr̄
Actu. xiiij. Jō monemur in verb p
poſitis vt tribulacōes ſuſtinea⁹ li
benter ꝓpt multa. Primo q2 tribu
lacō eſt adiutoriū homi a deo miſ
ſum q̄cūq3 iniret belluz cū inimico
ſuo qui eſſet fortior eo gratū habe
ret ſi ei adiutoriuz mitteret q2 ini
micū ſuū poſſet vincē Sic eſt d hoie
q̄diu eſt in hac vita oport3 eū ha
bere pugnā cū carne ꝓpria tanq̄ cū
hoſte q2 caro cōcupiſcit aduerſus
ſpiritum et ſpiritus aduerſus car
nem. ſicut dicitur ad Gal. v. Caro
enī3 concupiſcit aduerſus ſpm̄. ſc3
carnalia que ſunt ꝯtra ſalutez aie
Vn̄ qui vult vincere cōcupiſcēcias
carnis gratū debet ei eſſe quando
mittit domin⁹ ei aliquas tbulacio
es vel infirmitates. Multociens ei
cōtingeret q2 homo faceret multa
mala ſi domin⁹ p īfirmitatez vel tri
bulacōem non impediret. Exēplū
habe⁹ Gen̄. xx. In rege abimelech
qui abrahe abſtulit vxorem ſuaz.
q2 pulchra erat. ſtatiz flagellauit
eū dn̄s vt non cognoſceret eā a rue
latum eſt ei in nocte in ſomnis q2
ꝓpt vxorem abrahe tales ſuſtinerz
infirmitates a ſtatim dimiſit eam
vn̄. legit in vitaſpatz Cū q̄daz pe
teret a ſcō iohāne eremita vt oraz
p eo vt liberaret a triſticia ſua ſ.
a terciana. Reſpondit rem tibi ne
ceſſariā non deſideras a te auferri.
Legit etc in legēda btī Thome cātu
arienſ martiris. Cū īfirm⁹ quidā
ſanitatē ad ſepulchrū ei⁹ īpetraſſ3
cogitare cepit. forte ſanitas īpedit
aiaz. a rogauit vt ſi non expediret
ſibi ſanitas. infirmitas rediret qđ
factū eſt Jō dr̄ d btō paulo Q2 cū
īfirmaret in corpe. tūc fortior fuit
in anima Scdo tbulacō excitat pi
gros ad oracōes a ad inuocandūz
deū Aug⁹. Jdeo p̄muntur iuſtive
p̄ſſi clamēt ad dn̄m a clamātes ex
audiātur et exauditi glorificēt deū
Jſtd figuratū eſt Math. viij. cum
diſcipuli eēnt cū dn̄o ihū in naui
fcūs ē mot⁹ magn⁹ i mari ita vt na
uicula opiret fluctib⁹ ieſ⁹ aūt dor
miebat a acceſſerūt ad ih3 diſcipu
li. dixerūt. dn̄e ſalua nos. pim⁹. ſic

ſepe toꝛmit dñs ⁊ immittit hoĩes ꝑicli
tari infirmari vt eius auxiliũ iplo
rent. Ps. Multiplicate ſunt infirmi
tates eoꝝ poſtea accelerauerũt. Et
iterũ clamauerũt ad dñm cũ tribu
larẽt de nĉitatibꝰ eorũ eripuit eos
Exemplũ Miles quidã egrotãs ro
gauit ſãctũ virũ vt deũ ꝓ ſanitate
ſua oraret. ⁊ queſiuit ab eo ſãctꝰ
vir vtrũ deuocioꝛ eſſet in infirmita
te ꝙ in ſanitate. Rñdit miles. q̃ñ in
firmoꝛ auxiliũ dei tũc ſepe inuoco.
ſed in ſanitate ſepe obliuiſcoꝛ. Jdeo
dic̃ Gre. Aurẽ cordis tribulacõ ape
rit quem ſepe ꝓſperitas huiꝰ mũdi
claudit Tercio tribulacõ liberat ho
minẽ ab eterna pena inferni ſiue a
penis purgatorij que ꝓ pctĩs no
ſtris debet Gregori. Jdcirco dñs q̃
buſdã hic parcit vt in eternũ feriat
Jdeo hic ferit nõ parcendo vt i eternũ
parcat Jſtud patz in diuite ⁊ lazaro.
diuiti pepcit hic ⁊ in eternũ modo
eũ punit. Laſarũ hic caſtigauit ⁊
mõ eternalit̃ cõſolat̃ Luce decimo
ſexto vnde abrahã dixit ad diuitẽ
Recordare fili ꝙ recepiſti bõ in vita
tua ⁊ laſarus ſimiliter mala. Nũc au
tẽ hic ꝯſolat̃ tu vero cruciaris. Cer
te ſi vellet homo cogitare penã quã
euadit ꝑ flagellacões preſẽtis vite
libẽter ſuſtineret eas. Exemplũ. q̃
dã pctõr correptꝰ fuit a deo graui
infirmitate ⁊ rogauit deũ vt tollẽt
eũ de hoc mũdo vel auferret ab eo in
firmitatẽ Cũq; ſepiꝰ oraret aſtitit
ei angelus dicẽs. Miſſus ſuz a deo
indicare tibi cãz tue infirmitatis. Jd
circo punit te deꝰ in hac vita vt i fu
turo parcat. Verũtamẽ elige tibi
vnũ e duobꝰ aut duos dies eſſe
i purgatorio aut duos annos ſu
ſtinere hãc infirmitatem. Gauiſꝰ
ille elegit duos dies eſſe in purga
torio ⁊ mortuꝰ eſt ⁊ deductus eſt in
purgatoriũ Poſt vnã horã venit
ad eũ angelꝰ querens quõ ſe ha
beret. Cui ille quis es tu. Ego ſum
ãgelꝰ q̃ te adduxi huc. At ille Ab
ſit. tu nõ es angelus. angeli ei nõ
mẽciũt̃. tu ei mẽtitꝰ es ꝙ ꝑmiſiſti
mĩ ꝙ tm̃ duos dies deberẽ eẽ i pur
gatorio. Et ego fui hic multis annis
Ecce q̃nta eſt futura pena quã hõ
euadit ꝑ tribulacõem tpalẽ. Certe
ſi homo hãc diligẽt̃ ꝯſideraret pa
tienter aduerſa toleraret ꝙ dicit
apl's ad Rõ. viij. Nõ ſunt ꝯdigne
paſſiões huiꝰ tempis ad futuram
gloriam que reuelabitur in nobis
Jheroꝰ in epl'a ad Ciprianũ. Quã
to i hoc ſeculo paſſionibꝰ pauper
tate. inimicoꝝ potẽcia. vel morboꝝ
crudelitate. fuerĩꝰ afflicti tãto pꝰ
reſurrectõnem in futuro p̃mia con
ſequamur Quarto tribulacõ pec
catorẽ ad cognicõẽ dei ⁊ ſui ipſius
adducit Greg. Oculos cordis q̃s
culpa claudit pena apit. Jſtud ptz
in anthiocho rege qui videbatur ſi
bi fluctibꝰ maris imperare nõ cog
noſcẽs deum ſup ſe eẽ. Jurauit ꝙ
ihrl'z funditꝰ vellet euertere ⁊ face
re paliãdꝝ ⁊ cimiteriũ funeris de
ea ⁊ reuſus in furorẽ iuſſit agitari
currũ in quo ſedebat ⁊ ſtatĩ appre
hẽdebat eũ amarꝰ dolor. ⁊ cadẽs de
curru colliſus eſt ⁊ ebullierunt ver
mes de carnibus eius ⁊ de fetore
eius grauabatur exercitꝰ eius. Cũ

q̄ fetorem eius pſonaliter ferre nō
poſſet duct⁹ eſt ad cognicōem ſui
ipſius ⁊ dixit ait. Juſtum eſt hoīem
mortalē ſubditū eſſe deo Gre. Cum
recognoſco iob ī ſterq̄linio Johā
nem eſurientē in eremo. petrū ex
tenſū in patibulo. cogito qualiter
de⁹ cruciabit in futuro quos repro
bat q̄ ita dure flagellat ⁊ affligit
quos amat ⁊ ſic reducit̄ homo ad
cognicōem ſue fragilitatis. Exem
plū Quedā ducilla erāt ſuperbiſſi
ma ita vt nec ſeipām morituram
cognoſceret. tam delicata q̄ ī aq̄s
omnib⁹ balniare noluit. ſ3 de rore
celi colligere fecit in qua cū aroma
tibus ⁊ vino balniabatur. Cubicu
lū ⁊ lectū ſuum florib⁹ ⁊ ſpeciebus
odoriferis redolere fecit ⁊ omnes
delicias quas poterāt exercebat
Tandē de⁹ lepra eā pcuſſit ita q̄
tota caro putreſceret ⁊ fruſtatī de
flueret ⁊ tantū fetebat q̄ nullus fe
torē ſuſtinere poſſet. vn̄ ducta ad
cognicōem ſui ipſi⁹ Ait Merito hec
patior q̄ fragilitatē ꝓpriā nō cog
noui ⁊ ſic mortua eſt. Quinto tribu
lacō modica ī preſēti opat̄ nobis
gloriā magnā in futuro. ⁊ p modi
ca tribulacōne magnā mercedē re
cipies .ij. Cori. iiij Jd enī qd in pre
ſenti eſt momentaneū ⁊ leue tribu
lacōis nrē ſupra modū in ſublimi
tate eternū glīe pondus opabit̄ in no
bis. Vere modicū eſt quicq̄d pati
mur reſpectū pmij qd pmittit deus
yſa. liiij. Ad punctū in modico de
reliqui te ⁊ in miſeracōib⁹ magnis
ꝯgregabo te. ⁊ ſequit̄ Jn momēto
indignacōis abſcōdi faciē meam

paululū a te ⁊ in mīa ſempiterna miſ
tus ſum tui Jdeo dicit Greg. Nō ergo
queras de verbere dū noſcis que ti
bi debeat̄ pmia et̄na retribucōne
Labor eſt cū fine. ſ3 merces eſt ſine
fine. Hoc ꝯſiderās diabolus voluit
ſcādere celū p columnā circūfabrica
tam gladijs vſq3 ad diem iudicij.
Re in pcedenti ſer. ſc3 pmum querite
reg. dei in .v. membro Rogemus.

De eodem. ſer. cxxxviij.

DEfunctus effe
rebat̄ fili⁹ vnicus matris
ſue Luc. vij. Jn verbis iſtis duo ſūt
ꝯſiderāda. Primo quid p iſtū de
functū ſignificet̄ Scdo qd p porti
tores q̄ eū ad xp̄m efferebāt Cir
ca pmū eſt ſciēdū q̄ p iſtū defunctū
intelligit̄ homo exn̄s ī mortali pec
cato. Quēadmodū eī mors occidit
hoiem ita pctm̄ occidit aiā3 Sap.
xvi. Hō p maliciā ſuā occidit aīā
māſu ām Aug⁹. Sicvita corpis ē
anima ita vita anime eſt ipſe deus
ſicut ergo morit̄ corp⁹ qn̄ ſeparat̄
ab eo anima. ita morit̄ anima qn̄
ſepatur ab ea de⁹ que ſepacō fit p
pctm̄ Jſa lix. Pctā vrā diuiſerunt
inter vos ⁊ deum vrm ⁊ pctā veſtra
abſcōderunt faciē eius a vobis. Cir
ca ſecundum nota q̄ p portitores
ſignificantur quatuor que tenent
hominem ſc3 pctōrem in pctis ne
ꝯuertatur ad deum Primū eſt pu
dor confeſſionis quando homo ve
recundat̄ cōfiteri pctā ſua Contra
hoc dī Eccī. iiij Non confundaris p
anima tua dicere verū id eſt ꝯfite
ri eſt enim ꝯfeſſio adducens glā3

ꝛ vitam eternā. Bern̄. Magna eſt
infamia ꝙ homo ablui pudet qui
inquinari non pudet Aug⁹. pecca
re non erubuiſti. nec erubeſcas cō
fiteri in hac vita vt requiem habe
as in alia vita ſcꝫ btā. Melius eſt
hic pudorem ſuſtinere coram vno
ſacerdote ꝙ̄ i futuro corā toto mū
do. vnde dn̄s Naum. iiij. Reuelabo
pudēda tua in facie tua ꝛ pudibun
da tua pctā ꝛ oſn̄dam omnib⁹ gēti
bus nuditatem tuā ꝛ omnibus ho
minibꝫ. quaſi diceret Oſtēdaꝫ ita
nude pctā tua ſic egiſti Non ergo
verecūderis hic nudare peccatū tuū
vni ſacerdoti. Aug⁹. Quicunqꝫ hic
erubeſcit de pctīs que fecit corā ſa
cerdote dignus non ſit venia Exem
plum Quedam mulier omiſit vnū
grande pctm̄ ꝛ pre verecundia mā
ſit ſeptem annis in cōfeſſa ꝛc̄. Req̄
re in ſmone Stipēdia pctī mors.
Scdm quod ſolꝫ hominē tenere in
pctō eſt timor penitencie ſcꝫ qn̄ hō
timet ꝙ penitentia ſibi nimis gra
uis ſit ad agendū qꝛ non pōt ieiu
nare nec orare nec vult elemoſinaꝫ
dare nec pegrinacōem facere ꝛ oīa
videntur ſibi ḡuia. Contra hoc va
lent duo. Primū eſt ꝙ cogitem⁹ di
adiutoriū qd̄ ꝓmiſit nobis ſi peni
tentiā egrim⁹ Prouer. ꝓ. Conuerti
mini ad correpcōeꝫ meā ꝛ peniten
tiam En ꝓfero vobis ſpm̄ meuꝫ ꝛ
ſpūſſā ḡciaꝫ q̄ vos iuuabit. Conuer
ſis eīꝛ penitentib⁹ dat dn̄s ſpiritū
amoris qꝛ omnia facit leuia Itero
diligenter amem⁹ et nos dn̄m de
um ꝛ facile erit omne qd̄ videt̄ dif
ficile. qꝛ dn̄s iuuat penitentes. Pa

ter exemplum apud lugdonium
Erat quidam clericus cogitans in
tra ſe religionem intrare vt emen
daret ſtatum. ſed timuit ꝙ auſte
ritatem ordinis ſuſtinere non poſſꝫ
Nocte quadam raptus de corpore
ducit̄ ad quādam vallem ſub quo
dam monte i quo erat ciuitas pul
cherrima edificata de auro et de lapi
dibus precioſis cuius aſpectus ni
miuꝫ eū delectabat. Et cū vellꝫ ap
pinquare ciuitati venit ad flumen
quoddam qd̄ ptranſire neſciebat
ꝛ vidit ibi pauperes ſtātes ꝛ lauā
tes tunicas ſuas in flumine. inter
quos erat quidam candidiſſima
veſte indutus qui iuuabat alios
lauare. qui poſtꝙ̄ iuuaret vnum
ibat ad reliquum ꝛ ſinglos iuua
bat Et dixit ei clericus Que gens
eſtis vos Qui ait Iſti paupes ſūt
penitētes. ꝛ ego ſum xp̄s fili⁹ dei
iuuans eos vt pniam ꝑagēdaꝫ
ꝯpleant. ciuitas eſt padiſus Et qn̄
lauerit tunicā ſuā ꝛ pegerit in illā
intrabit Euigilans clericus religi
onem intrauit ꝛ omnia ſilenter ſu
ſtinuit Aug⁹. multos ſolet decipe
ſerotina penitentia. In vitaſpātruꝫ
dicitur de quodam ſene. Quotiēs
ſuaſit ei cogitacio ſua. dimitte ho
die cras penitcas. Ipſe reſpondit
Non ita eſt hodie penitere debe⁹ ꝛ
cras eius voluntas fiet in nobis.
Gregorius Nemo indulta penitē
tie tempora paruipendat. nemo
curam ſuam dum valet agere neg
ligat quia redemptor noſter tunc
diſtrictior in iudiciū veniet qn̄ no
bis ante iudiciū magnam peniten

ciam ꝓrogat. Aug⁹. Si vis pniam
agere dū nō potes peccare. pctā te
dimiſerūt non tu illa. Age pniam
dum ſan⁹ es. q̄ꝛ pniam egiſti quā
do peccare potuiſti. Exemplū recq̄re
in ſermone Gaudium eſt angelis
dei ſup vno pctōre ⁊c̄. Secūdo debꝫ
homo cogitare cō̄tra timorē pnie
eternā penā quaꝫ euadet. Bern̄. Mi
ſera ſane demencia eſt. humanuꝫ
declinare laborem ⁊ paruum dyabo
lo ardorem eligere ſempiternum.
Certe ſi homo cogitaret q̄ꝛ omnes
pene hui⁹ mūdi nō poſſent cōpari
minime pene purgatorij. ſicut dic̄
Aug⁹. Quid tūc de pena inferni q̄
milleſies maior erit. ſi homo talia
cogitaret certe leuis eſſet ſibi peni
tencia que ꝑ peccatis iniungit̄. Ex
emplū. Quidā princeps timēs pe
nitentiā noluit cō̄fiteri quē cū vxor
hortaret̄ ad cō̄feſſionē dixit nō poſ
ſum cō̄fiteri q̄ꝛ timeo q̄ꝛ grauis pe
nitencia mihi iniūgat̄. Cui vxor et
quō poteris ſuſtinere penas infer
ni que multo grauiores ſunt q̄̄ꝛ pe
ne toti⁹ mundi. At ille. putas inq̄t
q̄ꝛ infern⁹ ſit. Predicatores omnia
iſta cogitant vt homines i timoreꝫ
inducāt ⁊ munera recipiāt. videns
autē mulier q̄ꝛ nihil ꝓficeret ceſſa
uit. Nocte quadam demones veni
entes rapuerunt eum de lecto ⁊ ad
infernum duxerūt. Mulier eius
hec vidēs cū eſſet ſancta orauit ad
dn̄m vt reuelaret ei ſtatum ſuum.
Mane facto inuenit corpus eius. ſ.
viri totum exuſtū ⁊ in manu eius
litteram in qua erat ſcriptuꝫ. Nō
certus ſum q̄ꝛ infernus eſt ⁊ timor

quē habui ad agendā pniaꝫ illuc
me ꝑduxit. Terciū qd̄ tenꝫ hoiem
in pctō ē peccati cō̄ſuetudo. Cū eniꝫ
pctōr venit ad cō̄ſuetudinē reſurge
re cō̄tēnit. Vn̄ ſi ꝑt ethiops varia
re ſuā nigredinē pellis ⁊ pdus ſuā
varietatē. ſic ⁊ vos poteritis beneſa
cere cū malū didiceritis. Et inde ve
nit deſperacō de qua dicit Yſidor⁹.
Non deſperes de venia ꝟ de ſalute ſi
ad meliora cō̄uerteris. Qui enī de ve
nia deſperat plus ꝯ deſperacōne q̄̄ꝛ
ꝑpetrato ſcelere ſe damnat. Ihero.
dicit. Qꝛ iudas plus offendit dn̄m
deſperādo q̄̄ꝛ eū tradēdo. Et ideo nul
lus debet deſperare q̄ntūmcūq̄ꝫ pec
cauerit ⁊ q̄ntūcūq̄ꝫ magna ſint pec
cata ſua. q̄ꝛ ſola ꝯſperacō ē crimen
qd̄ mederi nō pōt. Ihero⁹. Soluꝫ de
ſperacō termin⁹ eſt q̄ mederi neq̄t.
Yſid. Sepe dyabol⁹ eos q̄s cō̄uerti
ad pniaꝫ cō̄ſpicit ⁊ in multitudine
ſcelerꝫ ꝑculſos ad deſperationeꝫ de
ducit vt ſubtracta ſpe venie trahat i
diffidēciā q̄s n̄ potuit retinē ꝑſeue
rāter in culpa. Sꝫ penitēs dꝫ ꝓuide
re cō̄tra ſe callidas hoſtis inſidias ſic
q̄ꝛ iuſticiā dei metuat. ⁊ tn̄ q̄̄ꝛuis in
magnis ſceleribus ſit tn̄ de dei mia
cō̄fidat. Greg̃. In cō̄ſpectu diuinita
tis nemo miſericordiam inuenire
dubitet. q̄ꝛ nullū pctōrem cō̄uerſū
deſpicit qui pctōres redimēt venit.
Bernhard⁹. O homo ne deſperes
te mutare in melius. Si enī tantum
potuit dyabolus vt te de excelſis ꝟ
tutū faſtigijs i profūdū ꝯducēt vi
ciorū. q̄̄ꝛto magis poterit te de⁹ ad
ſūmū honorē ꝑducere. ⁊ n̄ ſolū ad id
quod fuiſti reſtituere. ſꝫ beaciorem

multo magis ꝙ̄ videbaris efficere et nō minꝰ te diligit ꝙ̄ illū q̄ nūꝙ̄ peccati maculaꝫ ꝯtraxit Ber. O homo que qualis et ꝙ̄ta ē miſericordia dei q̄ ꝯuerſuꝫ nō minꝰ diligit. ꝙ̄ eū q̄ nullā maculaꝫ alicuius peccati ꝯtraxit. Exemplū habemꝰ in dauid. i maria magdalena. petro. paulo. matheo telonario ꝛ in pluribꝰ alijs. Quartū qd̄ tenꝫ hominē in pctō eſt fiducia longioris vite. Cōtra q̄s dicit Job. xiiij. breues dies hominis ſūt. pſ. Dūꝫ adhuc ordirer ſuccidit me. ſup quo v̄bo dicit Greg. Cū culpa animuꝫ tēptat neceſſe ē vt breuitatē ſue delectacōnis aſpiciat ne ad mortē eternam iniq̄tas rapiat. cū ꝯſtet ꝙ ad finē nū cicꝰ mortalis vita ꝑcurrat. Vn̄ nemo ꝑſumat de longa vita. q̄ nemo ſcit vtꝝ cras viuat. vt dicitur Eccſ. ix. Sicut auis laq̄o ꝛ piſcis hamo. Exēplū habemꝰ in diuite Luc. xij. Qui ꝓmiſit aīe ſue longā vitaꝫ dicens. Anima habes multa bona poſita in annos plurimos req̄eſce comede bibe ꝛc̄. et dixit ei deꝰ Stulte hac nocte repetēt a te demones animā tuā ꝛ ſic factū ē. plures annos aīe ſue ꝓmiſerat ꝛ diē craſtinū dare nō potuit Prouerb. xxvij Ne glorieris ī craſtinū ignorās qd̄ ſuꝑuentura pariat dies Exemplum Quidā ſanctꝰ eremita ſportas ꝛ vaſa facere ꝯſueuerat ꝛ ad ciuitatē deferens vēdebat. q̄dam die dū intraret ciuitatē vt vaſa venderet et ſederet ante domū cuiuſdā diuitis q̄ in agone laborauit. vidit eq̄s igneos et ſimiles aſſeſſores venientes ante domꝰ hoſtiū ꝛ intrauerūt q̄s cum videret diues infirmus ꝯclamauit. Adiuua me dn̄e deꝰ meus volo me libēter emēdare. At illi occurrētes ſtridebāt dentibꝰ in eū ꝛ dicentes. Nimis tarde loq̄ris. modo vis eſſe memor dei qn̄ ſol obſcuratus eſt q̄ ſole lucēte eiꝰ oblitus fuiſti. nunc aūt nō eſt tps ſatiſfactionis ꝛ hec dicētes rapuerūt eū ad infernum. Operemur ergo bonū in tpe q̄ neſcimꝰ diē neq̄ horā Itē tres ſūt portitores. ſecū adducētes hominē ad infernum. tenētes euꝫ in pctō. Primꝰ portitor q̄ tenet hominē in pctō eſt peccati leuiacio Cōtra qd̄ valꝫ ſcire ꝙ adā ꝓ vno pctō cuꝫ poſteritate ſua plus ꝙ̄ quatuor milibus annorū in inferno fuit. ꝛ nō potuit illud pctm̄ deleri niſi ꝑ mortem xp̄i. Vn̄ Ber Agnoſce o hō ꝙ̄ grauia ſunt aīe tue vulnera ꝓ q̄bus neceſſe fuit xp̄m crucifigi ꝛ vulnerari. Si nō eēnt hec ad mortē ſempiternā nūꝙ̄ ꝓ eoꝝ remedio dn̄s morētur Scd̄s portitor eſt aliene vite ꝛ culpe ꝯſideracō qn̄ bona cogitat intra ſe de ſe. et cogitat talis ꝯmiſit plura pctā ꝙ̄ tu. adhuc n̄ ꝯuertitē tu potes a deo expectare tuā ꝯuerſionē ſicipē Eccē. xxxij. Pctōr hō deuitabit correpcōem ꝛ ꝑm voluntatem ſuā inuenit correctōeꝫ. Et ſic nō ē faciendū ſꝫ q̄libet dꝫ ſemetipm ꝯſiderare ꝛ ſe maiorē pctōrē ſp eſtiare. Tertiꝰ portitor ē ꝯſuetudo peccādi ſiue deſperacō veniet v̄. Cum em̄ peccator in conſuetudinem pctōꝝ venit difficulter vł nunꝙ̄ poteſt reſurgere vel reſilire Rogemꝰ.

OBsecro vos e
go vinct⁹ in dño vt digne
ambuletis vocacõne q̄ vocati estis
cū omni humilitate cū mãsuetudie
et paciẽtia. Eph. iiij. Apl's existẽs
rome i carcere vinctus scripsit hãc
epistolaʒ nouiter ↄuersis docens
eos ambulare in hac vita vt ad vi
tam eternã ad quã erãt vocati per
uenirent. Et q2 nos omnes ad eã
deʒ vitã sum⁹ vocati. debem⁹ ⁊ nos
similiter sic apl's docet ambulare
vocatiõe qua vocati sum⁹ a dño q̄
libʒ in suo statu. vgo in vginitate.
vidua in viduitate. monach⁹ ⁊c. q̄
libet in q̄cūqʒ sit statu dʒ ambula
re. scʒ omni humilitate mãsuetu
dine ⁊ paciẽa. Istas tres vias doceʒ
etiã dñs nos. De p̄ma via. s. humi
litate. Mat. xviij. Nisi efficiamini si
cut puuli ⁊ hũiles nõ intrabitis in
regnũ celoꝝ. Bern. p humilitatem
ascẽde ad sublimitatẽ. q2 hec ẽ via
et nõ ẽ alia p̄ter ipam. q̄ aliter va
dit poci⁹ cadit q̄ ascẽdit. tot sũt pi
cula. tot insidie dyaboli sũt in mũ
do i hac vita q2 sine hũilitate trãsi
re nõ possum⁹. vñ legit̃ q2 sãct⁹ an
thoni⁹ vidit laq̄os inimici extẽsos
p totã terrã ⁊ ingemiscẽs ait. O do
mine de⁹ q̄s putas transiet ista. Et
audiuit vocẽ dicentem sibi. humili
tas. Istud figuãtum ẽ. iiij. Re. vlt.
vbi dr̃ q2 nabuchodonosor rex ba
bilonis trahens rete captiuitatis
p terrã in decorum magnos cepit ⁊
duxit captiuos in babilonẽ. pau
pes dereliq̄t. Sic dyabol⁹ rex babi
lonis sup õnes filios supbie mag
nos sui reputacõe ⁊ supbos trahit
in suã captiuitatẽ. ⁊ paupes ⁊ hu
miles sui reputacõe capere nõ põt.
Dyabolus ꝓpt̃ suam supbiã d celo
eiectus ẽ ⁊ nõ vincit̃ nisi p humili
tatẽ. Exemplũ demõ quidam occur
rit beato machario cũ falce messo
ria volens eũ pcutere ⁊ nõ potuit.
sed dixit machari multã violenci
am pacior a te. q2 nõ possum p̄ua
lere aduersũ te. Ecce q̄cq̄d tu facis
ego facio. tu ieiunas ⁊ ego penit⁹
nihil comedo. tu vigilas ⁊ ego nũ
q̄ dormio. ſʒ vnũ ẽ i quo me supas.
At ille q̄d ẽ hoc. Qui dixit humili
tas tua ꝓpter quã nõ possum p̄ua
lere aduersum te. Notandũ q2 tri
plex ẽ hũilitas. dolosa. assiduosa
⁊ virtuosa. Prima humilitas dolo
sa ẽ qñ aliq̄s fingit se humilem et
interius supbit. hec humilitas p̄t
dici vulpina. dicit̃ eni fabulose q2
vulpes simulauit se esse mortuum
iacẽs in x via vt poneret̃ sup currũ
pisciũ ſʒ cũ potuit comedere pisces
ondit se viuũ. Sic multi faciũt qui
simulãt se humiles ⁊ bonos vt eli
gant̃ ad aliquã p̄laturam ⁊ dign̄i
tatẽ. ſʒ post q̄ fuerit exaltati appa
rent quales sint. Et dicit̃ Eccl. xix.
Est qui neq̄ter se humiliat ⁊ interi
ora eius sunt plena dolo Ezechiel.
xiij. Quasi vulpes in deserto ꝓphete
tui isrl'. Exemplũʒ in absalone q̄ se
humilem simulauit ⁊ beneficiũ vt
eligeret̃ in regẽ. sicut dicit̃. ij. Reg.
xv. Mane surgẽs ⁊ stetit ante por
tam et blandiebatur populis qui

veniebāt ad regē ꝛ cepit eos om
nes benigne. ꝛ ſalutauit. vnūquē
q; amplexās ꝛ deoſculans dicēs.
vn̄ venis qđ eſt negociū tuū. de q̄
parentela es. Cūq; audiſſet negoci
um ab illo dixit Recte dixiſti et re
ctū eſt negociū tuū ꝛ iuſta ē cau
ſa tua ſ; non eſt aliq̄ꝰ qui iuſte iu
dicet cauſas hominū ꝛ qui termi
net negocia populoꝝ ꝛ tunc adie
cit O quis me cōſtituet vt iuſte iu
dicē; quaſi diceret. ſi ego eſſē rex
ego vellē iuſte iudicare et ꝑ talia
verba blanda ꝛ doloſa inclinauit
corda hominū ad ſe vt eū eligerēt
in regem. qđ et factū eſt. Elegerūt
enī eū in regē patre ſuo dauid ne
ſciente. q̄ tūc peſſime egit. q2 expu
lit patrē a regno ſuo. Sic adhuc
multi ſunt q̄ ſimulant ſe humiles
vt exaltent̄ ſed poſtq̄ exaltati ſūt
apparent quales ſūt. Cōtra quos
dicit Bern̄. Omnis dignitas digni
tatis nomine indigna eſt. ſi humi
lis eſſe dedignatur. Secūda humi
litas eſt afflictuoſa quam infligit
deꝰ homini ꝓpter pctā ſua. De qua
Mala. ij. Vos receſſiſtis de via ꝛ plu
res ſcādaliſaſtis in lege dicit dn̄s.
ꝓpter hoc dedi vos cōtemptibiles.
et humiles in omnibus populis.
Et hec humilitas pt̄ dici aſinina.
quia aſinus ſiue velit ſiue nolit om
nia ſibi impoſita portabit Sic quē
dn̄s humiliat ꝓpter pctā ſua. ſiue
velit ſiue nolit humiliatus ē. Sic
humiliauit deus filios iſrł qn̄ dedit
eos in captiuitatē ꝓpter pctā ſua.
vnde dicit Daniel. iij. Dn̄e inimici
ſumꝰ plus q̄ omnes gentes. q2 hu
miles facti ſumꝰ in vniuerſa terra ꝓp
ter pctā noſtra. Sic humiliauit de
us nabuchodonoſor ꝓpter pctā ſua
qn̄ fecit eū ſimilē pecudi vt ſ;. Req.
dn̄. iiij. pꝰ feſtū penth. in ſer. Non
ſūt cōdigne. Cōtra hāc humilitatē
debet homo paciencia armari Gre.
xiij moraliū. tāto quiſq; aduerſita
te minꝰ vincit̄. quāto cōtra illū pre
ſciēdo paratus inuenit̄. Augꝰ. ſuper
Johan. Qz de bn̄s affligit corrigen
tis eſt nō pena dānantis. ad here
ditatē eternā erudimur ꝛ affligi de
dignamur. Tercia humilitas ē v
tuoſa. ſ. quādo homo ſe humiliat
et voluntarie appetit vilis reputa
ri cognoſcendo ſuam vilitatē Ber.
Humilitas eſt virtus qua homo
veriſſima ſui cognicōe ſibimetip
ſi vileſcit Hec humilitas poteſt di
ci columbina qn̄ homo nō ficte ſ; ex
ſimplicitate cordis ē humilis. De
qua dn̄s in euāgelio Mat. x. Eſto
te ſimplices ſic columbe ꝛ humiles.
Sciendū aūt q2 tres ſūt gdus hu
militatis Primꝰ dicit̄ ſubiciens qn̄
homo ſubicit ſe maiori ꝛ n̄ pfert ſe
equali ꝛ ille gdus ſufficit homini
ad ſalutem. Ad quā hortatur apo
ſtolus dicēs. Subiecti eſtote inui
cem in timore dei Criſoꝰ. ſup Mat.
Velle eſſe ſuper omnes vituperabi
le eſt. ſuſtinere aūt alterū ſup ſe ni
mis glorioſum Secūdus gradus
eſt cum homo ſubicit ſe equali et
nō pfert ſe minori ille ē gradꝰ pfe
ctus Gre. viij. lib. mora. Omne perit
qđ agit̄ ſi nō in humilitate cuſto
dit̄ Terciꝰ gradꝰ ē abundāſ quan
do homo ſe ſubicit inferiori. Exēplū

habem⁹ in xp̄o qui ſe humiliauit
ad lauandū pedes diſcipuloꝝ Au
g⁹. ſup iohem. Tāta eſt humane
vtilitas humilitatis vt eā xp̄s ſuo
exemplo cōmendaret. Jdē bern̄. ſu
pmiſſus eſt. dicit non magnū eſt
nos eſſe humiles in abiectōe. ma
gna prorſus ⁊ rara eſt virtus hu
militas honorata. Hec eſt via dn̄i
quā ꝑuit nobis in verbo ope ⁊ ex
emplo vt dictū eſt. Ambulemus
ergo in ea. q2 ei multū placet. vn̄
dicitur heſter. ij. ꝙ rex aſſuerus
dimiſſa vaſthi heſter duxit in vxo
rem. Aſſuerus ſignificat xp̄m qui
ſprevit vaſthi .i. ſupbiam. ⁊ elegit
heſter que interpretat̄ humilis ſi
ue abſcōdita. Scd̄o debem⁹ ambu
lare in via māſuetudinis ſi volum⁹
ad vitam eternā puenire. Pſ. Mā
ſueti aūt hereditabunt terrā ⁊ dele
ctabunt̄ in multitudine pacis. q2
hic pacifice ⁊ māſuete ſine cōtenci
one ſine ira vixerūt. Jſtud figura
tū ē Gen̄. xlv. vbi dicit̄ ꝙ ioſeph
dixit fratribus ſuis cū redire vellet
ad patreȝ ſuū. ne iraſcimini in via
nos ſum⁹ oēs fratres filij vni⁹ pa
tris. ſ. dei ⁊ ābulem⁹ ad eū in via.
q2 hic nō habem⁹ manentē ciuita
tē. ſm ap̄lm Heb. xiij. ⁊ ideo non
debem⁹ hic iraſci. Veruntamē ſi re
cta ira veſtra ſit meritoria ē. ſ. qua
ꝗs turbat̄ ⁊ iraſcit̄ ɔtra pc̄ā et vi
cia. pſ. zelaui ſup iniq̄s pacē pc̄o
rum videns. Greḡ. in mora Alia ē
ira quam impaciētia excitat. alia
quā zelus format. illa ex vicio hec a
virtute gn̄at̄. illa ꝓhibita hec p̄ce
pta. p. Joh. iij. Qui odit fratreȝ ſu

um homicida eſt Aug⁹. ſuper pſ.
Si ira fratris fuerit inueterata iaȝ
odium ē. ira turbat oculū. odium
generat. ira feſtuca ē. odiuȝ trabs
eſt. Tercia ira ē pmiſſa. ſ. ſubitus
mot⁹ animi. q2 ſm Jhero. Qui nul
la animi pturbacione mouet̄ aut
de⁹ aut lapis eſt Jdeo dicit apoſto
lus ad Rō. xij. date locum ire Eph.
iiij. Sol nō occidat ſup iracūdiam
veſtram. pſal. Jraſcimini ⁊ nolite
peccare Yſidorus ſoliloquioꝝ dic
Si irā non potes vitare tempera. ſi
non potes furorem cauere: cohibe.
tene ſilencium paciencie. tacendo
tici⁹ vinces. Sȝ q2 ſm Greḡ. in mo
ra. Per irā iuſticia relinquit̄ Jdeo
debemus ambulare in paciencia ⁊
trāquillitate. ne ɔtingat nobis ſic
Joran d̄ quo. iiij. Re. ix. Qȝ cū iorā
pcepiſſet iehu ad ſe venturū. miſit
in occurſum eius nunciuȝ vt nūci
aret ſibi vtrū ingreſſus eius eſſet
pacificus. q̄ cū nō fuiſſet reuerſus
miſit alium ⁊ ſurgēs iorā occurrit
iehu qui tetendit arcū ſuū ⁊ ſagit
tabat eum inter ſcapulas. ⁊ ingreſ
ſa eſt ſagitta in cor eius. quē ſerui
ꝓprij piecerūt in agrū circa viā vt
a feris et a beſtijs deuoraret̄ Per
iorā itelligit̄ q̄libet iracūdus queȝ
ira p̄ualens educit extra domū .i.
extra rationē. cui occurrens iehu
.i. de⁹. interficit eū ſagitta .i. morte
eterna. quē ſerui ſui .i. d̄mones qui
eū ad iracūdiā ɔcitauerūt ꝓiciūt in
cāpū .i. in infernuȝ extra viam mie
vbi a feris ⁊ a beſtijs id ē auibus
infernalib⁹ deuorabit̄ Tercō debe
m⁹ ambulaē p viā paciencie ſiue

ſumus ad regnuꝫ celoruꝫ ꝑuenire
Actu. xiiij. ꝑ multas tribulacōes
oportet nos intrare regnū celoruꝫ
Mat. v. Bti q̄ pſecutionē paciun
tur ꝓpt̄ iu. Hac viaꝫ ābulauit xp̄s
tanq̄ caput vt nos tanq̄ mēbra ſe
queremur. p̄. Pe. ij. Xp̄s paſſus ē
ꝓ nobis vob̄ relinqn̄s exemplum
Lu. vlt. Oportebat xp̄m pati ⁊ ita
intra. i glo. ſuā. multo magis opor
tebit nos ꝑ paſſiones itrare in re
gnū celoꝝ. Quid pacīa cōferat no
bis in tribulatione Re. in ſermo.
obſecro vos ne deficiatis i tribula
cione Rogemꝰ.

¶ De eodem. ¶ F. cxl.

Omnis qui ſe
exaltat humiliabit̄ Luc.
xiiij. ⁊ xviij. In verbis ꝓpoſitis ⁊ in
euāgelio pn̄ti diſſuadet dn̄s ſuper
biaꝫ oſtēdens q̄tuꝫ ſit homi nociua
ideo merito ē fugienda. Scienduꝫ
aūt q̄ ſupbia nocet homini in mlt̄
tis Primū eſt q̄ aufert homini grā
ciā dei Jacobi. iiij. Supbis reſiſtit
deus: humilibꝰ aūt dat grām. Sic
enī aqua deſerit mōtes ⁊ fluit ad
valles. ſic gracia dei deſeit ſupbos
et fluit ad valles ⁊ ad humiles ⁊
ad corda humiliū Alta ſiccant̄ et
ima replent̄. Vn̄ quidā ſapiēs di
xit alexādro ſupbo. Deus ꝑſto eſt
largiri ſuā graciā tibi. ſed non ha
bes vbi recipias eaꝫ Qꝫ ſupbia ā
preſumpcō auferat graciā dei pa
tet in petro qui cuꝫ ꝑferret ſe cete
ris dicēs Et ſi omēs ſcandaliſati fu
erint in te ego n. ac. Jdeo ſubtra
xit ſibi dominꝰ graciam ſuam q̄
pre ceteris vilius cecidit cuꝫ ad vo
cem ancille dominū negauit Per
miſit aūt dominꝰ eū cadere vt alijs
peccatoribꝰ ſciret ꝯpati Exēplū. q̄
daꝫ frater impugnabat̄ ſpū forni
cacionis. ꝯfeſſus ē alteri at ille cō
tempſit Req. dō. iiij. poſt octa. pa
ſche. Scdō ſupbia aufert hoī omīa
bō opa ſua ⁊ v̄tutes ānihilat Gre.
ſicut humilitas oīa vicia enervat
et virtutes colligit ⁊ roborat. ſic ſu
perbia oēs v̄tutes deſtruit ⁊ anni
hilat. Oia enī bona opa q̄ ꝓpter ſu
pbiā ⁊ vanaꝫ gloriā facta fuerint
nō hn̄t meritum Gre. Cum in tuo
ope laus tranſitoia queritur. res
eterna retribucōne digna ꝑvili p̄
cio venundat̄ Valde male ergo bō
opa dei iudicat qui ad mercedē eo
rum fauorem humanum ſufficere
putat. Exemplū habemꝰ in phari
ſeo q̄ ꝑ ſupbiaꝫ oīa bona opa ſua
amiſit Luc. xviij. in euāgelio duo
homines aſcēde. Itē exempluꝫ in re
ge q̄ ꝓpter vanaꝫ gloriā edificauit
templuꝫ Req. re dnīca poſt paſcha
in fer. Videte manꝰ me. vn̄ Augꝰ.
in regula Alia queciꝗ iniq̄tas in
malis opibus exercet̄ vt fiat ſup
bia vero bonis opibus inſidiatur
vt pereant Tercō ſupbia facit hō
minem ſeruū dyaboli Job. xli. ipē
eſt rex ſup omnes filios ſuperbie.
Gregoriꝰ. Euidentiſſimū eſt ſignū
reproborū ſupbia humilitas autē
electoꝝ. quā cum q̄s hr̄e dinoſcit̄
ſub q̄ rege militat inuenit̄. Exēpluꝫ
Duo clerici ſocij tractauerūt itra ſe
de religioibꝰ ⁊ p̄laturis Req. in fer

mone Abijt ihs trãſ mare .i. q̃rto
mẽbro. Quarto ſupbia facit homi
nẽ eſſe fatuũ Ro. p̄. Dicẽtes ſe eſſe
ſapientes ſtulti facti ſũt Bern̄ Om
nis ſuperbiá ſtulticia ē qd patꝫ in
hoc ꝙ homo ſeipm non cognoſcit
et p̄ſumit qd ſup vires ſuas ē Ite
rũ. Supbia plꝰ audet ꝙ̃ poſſit Ex
emplũ in alexãdro. Cũq3 alexãder
magnꝰ omnes regiões t̃re ⁊ iſulas
maris pagraſſet ⁊ ſibi ſubiugaſſ3
preſũpſit ire ad padiſum ⁊ p̄miſit
nuncios ſuos. quibꝰ occurrit q̃dã
ſenex dicẽs. Dicite dño veſtro ꝙ n̄
poteſt huc venirẽ niſi per humilita
tem. ⁊ dedit eis lapidem ad ſimilitu
dinẽ oculi vt portarent eũ dño ſuo
Quẽ cũ accepiſſet alexander oſt̃
quidã viro ſapiẽti vt dicẽt ſibi v̄tu
tem eius. qui ponderauit eum. Cũ
q3 lapis nudus poſitus erat in lan
ce vna. adeo grauis erat ꝙ pondeã
uit plꝰ ꝙ̃ omnia quecũq3 poni po
tuiſſent in alia lance. Deĩnd coope
ruit lapidẽ terra ⁊ tunc adeo leuis
erat ꝙ vna pua pẽna ea plꝰ põdera
bat Et dixit ſapiens: ꝑ iſtũ lapidẽ
tu es deſignatus. ꝙ̃ diu viuis maior
es omnibꝰ ⁊ omnia tibi ſbiugas
Sed poſtq̃ opertus fueris terra. id ē
p mortem tuã vilior es ⁊ eris vna
feſtucã. quia ſupbi q̃ mõ apparẽt
magni poſt mortem nichil erũt et
poſſunt cõqueri illd. Sap. v. Quid
ꝓfuit nobis ſupbia. quid diuicia
rũ ac̃. ſupbia nihil prodeſt. vnde
poeta. Vnde ſupbimus cum nil ſi
mus niſi limus Limus cum ſimus
ad terram q̃n redimus Quinto ſu
pbia hominem eternaliter dãnat

Sap. vi. Exiguo ⁊ humili conceditur
miſericordia. potentes aũt ⁊ ſupbi
potenter tormenta patient Bern̄.
Cauſa totiꝰ damnacõis eſt ſuper
bia. ſupbia ſemp caſũ petit ⁊ odi
bilis eſt deo ⁊ hominibꝰ Ideo dici
tur Heſter .ij. Q̃ rex aſſuerꝰ dimiſ
ſa vaſthi duxit heſter in vxorem.
Aſſuerus interp̄tatur beatitudo et
ſignificat deum qui ſpernit vaſti .i.
ſupbiã ⁊ eligit heſter que interp̄
tatur humilis ſiue abſcõdita. Qui
igit̃ in ſupbia pdurat eternaliter
damnabit̃. vnd ſcriptũ eſt. q̃ ſe ex
altat. hũi. Lu. xiiij. Exemplũ q̃dã
monachꝰ erat ſupbꝰ et valde aſpi
rãs exaltari ad p̄laturã. Cui appa
ruit dyabolus in ſpẽ angeli dicẽs.
Exi cito ⁊ feſtina in terrã ſaxonie.
halberſtaden̄ ep̄ſiã morit̃ Ille au
tẽ gauiſus eſt. ⁊ ſtatĩ exiuit ⁊ abſ
ceſſit. et hoſpitatus eſt in quadã
villa cum plebano cogitans quõ
honeſte veniret illuc. Et ſurgẽs no
cte accepit veſtes plebani ⁊ equũ
et inſecuti ſunt eum ⁊ dep̄henſum
ſuſpenderunt. Ecce quõ ſupbia dece
pit eum. potuit dicere vt habetur ſa
p̄. v. quid ꝓfuit nob ſuperbia aut
diuiciarũ iactancia q̃d contulit nob.
Etiam ſcriptum eſt de ſupbia dñ.
xi. poſt feſtũ trinit̃. in ſer. Dixit ihe
ſus ad quoſdam Rogemus.

Dñica. xviii. F. cxli.

GRãs ago deo
meo ſemp ꝓ vob i grã dei
que data ē vobis in criſto ihesu q̃a
in omnibus diuites facti eſtis in il

lo p̄·Coꝛ̄·4·q·di·Grãcias ago deo
de hoc qꝫ dedit vobis graciã illã qꝫ
cõũsi ad fidẽ estis ⁊ credidit9 i xp̄m
et ꝯgratuloꝛ vob̄ qꝫ in illo diuites
facti estis oẽs· In verb̄ istis ãmo
net nos apl's suo exẽplo·p̄mo cõ
de bñficijs collatis graciari·scd̄o
ꝓ primo de beneficijs acceptis a deo
cõgratulari·Circa p̄mũ sciẽduȝ qꝫ
gracias agere debem9 deo de q̃tuoꝛ
Primo qꝫ ad talẽ statũ nos võuit
videlicet ad ecc̃iam vbi possumus
regnũ celoꝝ ꝓmereri qd̄ nõ posse
mus si gẽtiles vel iudei nati eẽm9·
De hoc apl'us dicit Col̄·p̄·Grãs
agẽtes deo patri q̃ nos dignos fec̄
in p̄tem sortis sanctoꝝ in lumine
qui eripuit nos de p̄tãte tenebraꝝ
·v·gẽtilitatis vel infidelitatis ⁊ trã
stulit in regnũ filij dilectionis sue
·v· ad ecclesiam vbi possumus pro
mereri regnum celoꝝ ⁊ hoc ꝓpter
dilectum filium suuȝ qui nos voca
uit·⁊ venit in hunc mundum fili9
dei vt peccatores vocaret ad p̄nitẽ
ciam·sicut dicitur Math·ix·Ideo
debemus deo gracias agere vt no
bis maioreȝ graciã largiri digne
tur· Sicut eniȝ hõ hõi ingrato sub
trahit beneficia ⁊ grato augmen
tat·sic deus suam graciam subtra
hit ingratis ⁊ augmentat graci
am gracias agentib9 Aug9·Sola
amissio gracie est ingratitudis cã
Greḡ·Non est dignus dandis qui
non agit gracias deo de datis·Et
qñ homini ꝑ ingr̃titudinẽ s̄btrahi
tur gracia dei tunc facilit̃ labit̃ in
pct̃m Rõ·p̄·Cognouerũt deũ·non
sicut deuȝ glorificauerũt aut grãs

egerũt·ȝ euanuerunt in cogitacio
nib9 suis·Exemplũ hui9 habemus
in seruo·Qui talentis sibi traditis
male vsus fuit Cui a dñō dictuȝ ē·
Auferte ab illo munera ⁊c̃·q̃a ho
mini habenti grãm aut virtutem
dabitur gracia Item exemplũ in
seruo cui fecit domin9 magnã gra
ciaȝ dimittẽs ei omnia debita sua
et ipẽ ingratus noluit cõ seruo suo
modicuȝ dimittere·⁊ iratus domi
nus tradidit eũ tortorib9 quovsq̧
redderet vniuersũ debituȝ qꝫ nõ co
gnouit in ꝑrimo bñficiuȝ sibi col
latuȝ a deo·Math·xviij·Gracias
agentibus de bonis collatis de9 dat
graciaȝ Item exempluȝ Quidã ho
mo secularis dissolutus vald̄·grã
dei sibi data religionẽ intrauit·in
quã dũ diu stetisset·quodam tp̄e
temptabat̃ a spũ fornicacõnis ve
hemẽter Cũq̧ nõ posset amplius
resistere ꝓsternebat se i oracionẽ
et dixit·Dñe de9 grãs refero tibi qꝫ
me ad istum ordinẽ de seculo reuo
casti ⁊ ñ mihi tua grã s̄buenīat tẽ
ptacõni ampli9 resistere nõ valeo
et statĩ oĩs temptacõ recessit·Ber·
Ingratitudo inimica est anime·ex
terminacio meritoꝝ·dispsio virtu
tuȝ·beneficioꝝ ꝑdicõ·ventus vrẽs·
fontem siccans pietatis· Secundo
debemus deo gracias agere de pas
sione quã ꝓ nobis sustinuit Ecc̃·
xxix·graciaȝ fideiussoris tui ne ob
liuiscaris·dedit eñ ꝓ te animaȝ su
am·⁊ sequit̃ Ingratus sensu dere
liq̃t liberantẽ se·Nõ sic faciendũ ē
sed illud qd̄ docemur Apoc·xi Gra
cias tibi agim9 omnipotens deus

quí accepiſti virtutem magnā ad
liberandū nos· hoc eſt ɔtra illos q̄
nō regraciant̄ deo de ſua paſſione
dicit em̄ bern̄· in pſona xp̄i Vide o
homo q̄d ꝓ te pacior ſi eſt dolor ſic
quo crucior· Ad te clamo q̄ ꝓ te mo
rior· vide penas quibus affi cior· vi
de clauos quibus cōfodior· Cuȝ ſic
tant⁹ dolor interior ⁊ exterior plan
ctus ſit grauior cum te ingratum
experior· Talib⁹ ingratis exprobrē
bit dn̄s in iudicio ſicut dicit Criſ·
et dicet ꝓpter vos homo fact⁹ ſum·
ꝓpter vos flagellatus ſum· illuſus
ſum· crucifixus ſum· vbi eſt tanta
rū iniuriarū meaꝝ fruct⁹· Ecce em̄
preciū ſanguinis mei quod dedi in
redempcionē animaꝝ veſtraꝝ· vbi
eſt ſeruitus mea quā michi ꝓ p̄cio
reddidiſtis· Ego ſup gloriā meā
vos habui· Cūq; eſſem deus appa
rui homo ⁊ viliorēȝ omnib⁹ rebus
veſtris me feciſtis· cum omnē rem
terre viliſſimam plus q̄ me dilexi
ſtis· Tunc incipient deflere tantū
beneficium neglectū q̄ nō ꝓdeſt
eis Q̄ gratum ſit deo memoriam
ſue paſſionis habere· patet p exē
plū Quidā heremita deprecabat̄ deū
i cella ſua vt ſibi reuelaret cuiuſmo
di beneficium vl' ſeruiciū eſſet ſibi
magis gratuȝ ⁊ acceptabile· Et ec
ce audiuit vocēȝ gemebundā extra
cellā quaſi hominis anxie laboran
tis ⁊ admirans quid hoc eſſet· exi
uit ⁊ vidit hominem nudum ⁊ to
to corpe vulneratū ⁊ cruentatum
et coronā ſpineam in capite habē
tem· portantem magnā crucem in
humeris quā ꝓpter grauitatē vix

poſt ſe per terram trahebat· Et ait
Quis es tu hō· Cui ille· Ego ſū xp̄s
qui ꝓpter te morteȝ ſuſtinui Tūc il
le ꝓcidens in terrā ait· O dn̄e vt q̄d
ſic huc veniſti· Cui ille dixit· Quia tu
me rogaſti vt oſtendereȝ tibi qua
le ſeruicium michi magis eēt gra
tum: veni vt oſtēdereȝ tibi· Scias q̄
nō eſt michi magis gratuȝ ſerui
cium q̄ vt iuuas me portare cruceȝ
meam· Cui ille· O domine quō por
tabo illam· Reſpondit domin⁹· in
corde tuo p cōtinuam memoriaȝ ⁊
graciarum actioneȝ ⁊ ſic euanuit·
Tercīo debemus agere deo gracias
de omnib⁹ bn̄ficijs collatis Eccl'e·
ix· Letare iuuenis in adoleſcencia
tua· in bono ſit cor tuum· ſ· p graci
aruȝ actionē Et ſcito q̄ ꝓ hijs om
nibus adducet te domin⁹ ad iudici
um· ſ· vt rationeȝ reddas quō deo
de bonis tibi collatis ſeruieris ⁊ g̃
cias egeris Dico aūt ꝓ omnib⁹ bo
nis naturalib⁹· tpalib⁹· ſpūalib⁹
Bona naturalia ſunt ſanitas· forti
tudo· pulchritudo eloq̄ncia· prudē
cia· ſciencia ⁊ hmōdi· Bona ſpūa
lia ſūt ſacramēta ſancte eccl'e· Bo
na tēpalia ſunt diuicie· honores·
dignitates et filia· ꝓ hijs oīb⁹ de
betis dō grās agē ⁊ ſibi ſuire Ali
oqn̄ dicet vob' in die iudicij Mat·
xxv· Inutilē ſeruū pıcite i te· exte
ri· ibi erit fle· ⁊ ſtri· dencīu· Q̄ntuȝ
ſit dō gratū vt ſibi de bonis tpalib⁹
nob' a dō collatis grates referam⁹
pȝ p exemplū· miles q̄daȝ valde di
ues ſp deo grās de diuicijs ſibi col
latis referēs· dedit ſingul' annis deci
mas oīm bonoꝝ ſuoꝝ ⁊ hu⁹ vineā

dedit de ea ſingul' ānis decē carras
vini paupib⁹ in grām actionē.
quodaꝫ anno creuit tm̄ vna carra
in vinea ſua. tūc ait. Dn̄s dat domi
nus abſtulit. ergo porcionē ſuam
nō auferam ⁊ dedit hāc carraꝫ ꝓp
ter deuꝫ. Qd cum factū eſſet frater
iſti⁹ militis tranſiēs iuxta vineam
vidit eā plenam vuis. Qd cuꝫ retu
liſſet militi. gracias deo egit de ḡ
titudie. Legit' i fabulis ꝙ ruſticus
quidam terrā arabat bobus ſuis.
cōtigit ꝙ pōdus auri mirā' videat'.
vn̄ gauiſus reliq̄t boues a iugo vt
peterent meliora paſcua ⁊ ꝯſtruxit
altare dee terre que ſibi tātas diui
cias ſponte ꝯtuliſſet. Qd vidēs dea
fortune dedignata ruſtico ꝙ talē
honorem nō dediſſet ſibi. dixit Cū
priuatas fueris hijs rurſuꝫ me ro
gabis ꝑ alia ſorte ⁊ nihil tibi red
dam. Per ruſticum intelligit' aua
rus ſiue peccator cui de⁹ ōnia opa
bona ſua dedit qꝫ largitor omniuꝫ
bonoꝝ eſt ſcd'm illud Iaco. p̄. Omne
datum optimum ⁊ omne donum
pfectum a domino deo eſt. ſed cuꝫ
homo nō refert gracias deo. venit
tempus ⁊ hora mortis ⁊ tūc aufe
rent ab eo oīa predicta ꝙ nec rēdde
re pōt etiā ſi vellet. Quarto debem⁹
deo ḡcias agere de tribulacionib⁹
nob' immiſſis ab eo Exo. v. Graci
as referentes ſemp ꝓ ōnibus. glo
ſa. nō tm̄ ꝓ ꝓſperis ſꝫ etiā ꝓ aduer
ſis. Tribulacio eni' ē ſignū dilecti
onis diuine quē eni' deus diligit ca
ſtigat. vt dicit' Heb. xij. Apoc. iij.
Ego quos amo arguo ⁊ caſtigo. qꝛ
ſicut dicit Greg. Continu⁹ ſucceſſ⁹

rerum tpalium eſt future calamita
tis indiciuꝫ. Gracias ergo agere
debemus de aduerſis quib⁹ libera
mur a pena eterna. vn̄ Aug⁹. hic
vre hic ſeca dn̄e vt in eternū parcas
Exemplū accipiam⁹ in beato iob.
qui poſtq̄ caſtigatus eſſet graui
ter: egit gracias deo dicēs Dn̄s de
dit dominus abſtulit ſicut domino
placuit ita factū eſt ſit nomen dn̄i
benedictum Exempluꝫ quidā prin
ceps ſaracenorum nouiter conuer
ſus ⁊ baptiſatus. ꝯtra ſaracenos
pugnans grauiter vulneratus ē.
chriſtiani autem timentes ne ꝓpter
hoc vacillaret cōfortabant euꝫ di
centes. ꝙ gracias ageret deo ꝓ cu
ius honore talia vulnera ſuſtinēt.
Qui r̄ndit ymmo deo ad plenum
non ſufficio regraciari. ſed doleo
ꝙ ꝓpter euꝫ nō recepi niſi quatuor
vulnera q̄ꝫ ꝓ me recepit quinqꝫ mi
lia ⁊ pluā. vn̄ v⁹ L. x. bis duo. c. ſu
peradde milia q̄nqꝫ Tot fert' chri
ſtus pro nobis vulnera. paſſus.

De eodem. F. cxlij.

# Diliges dn̄m de

um tuum Mat. xxij. Circa
dilectōem dei duo ſunt notāda. ſ.
quō ſit diligēdus. ⁊ q̄re ſit diligen
dus. Et ſciendū ꝙ de⁹ ē diligēdus
trib⁹ mōis. Prio ex toto corde ⁊ inte
gralit'. ſcd'o ex tō aīa ⁊ fidelit'. terciō
ex tō mēte ⁊ pſeuerāter. Prio debē
mus diligere deū ex toto corde in
tegliter ita ꝙ hō in nulla alia crea
turā delectetur vel q̄rat dilectōeꝫ n̄ in
ꝯo nō in auro ⁊ argēto. non in ami
cis. nō in liberis. nō in vxore. non

in mundi delicijs·neq̃ carnis volu
ptatibꝰ ſi in aliq̃ iſtoꝝ amor fuerit
cordis·nō ex toto cord̄ deū amas·
q̄ꝛ q̄ꝫto magis inferiores rami arbo
ris multiplicant̄·tanto minꝰ ſupi
us creſcit ī altū·ſic amor q̄ñto ma
gis creſcit ī iſtis terrenis·tanto mi
nus eleuat̄ in amorē dei Augꝰ·mi
nꝰ te dn̄e amat q̃ aliq̄d tecū amat
qd nō ꝓpt̄ te amat Jō tal̄ amor in
ferior ē circūcidēdus ſicut rami inferi
ores ab arbore Deut·iij·Circūcidꝫ
dn̄s deꝰ tuus cor tuū ⁊ cor ſe·tui vt
dili·do·deū tu·ex to·cor·tuo ⁊ ī to·
ai·t·vt poſſis viuē·Dn̄s ē eñ qua
ſi auis nobilis q̃ de p̄da deſiderāt cor
tāq̄ꝫ meliꝰ·ſic dn̄s deſiderat cor tu
um vt eū diligas puerb·xxiij·pre
be cor tuū fili mihi Aug·Totū exi
git a te qui totū fecit te Bern̄·Ecce
dn̄e·q̄ꝛ feciſti me do me amori tuo
totū ⁊ tanto debeo plus q̄ꝫ meipm̄
q̄ñto tu maior es me ꝑ quo dediſti
teipm̄ Scd̄o debemꝰ diligere deū ex
tota aīa ⁊ fideliter ſicut ipē dilexit
nos q̄ꝛ maluit aīam ſuaꝫ ſepari a
corpe ſuo q̄ꝫ ab eo ſeperent aīe nrē
Can̄·viij·Fortis ē vt mors dilectō·
q̄ꝛ ꝓpter dei dilectionē nō ꝯtēnit ho
mo mortē Augꝰ·Nihil fortiꝰ homi
ne hn̄te dilectōem ſiue caritatem·
Qui eñ deum diligit fideliter: nihil
p̄ōt eum a caritate xp̄i ſepare Rō·
viij·q̃s nos ſepabit a caritate xp̄i·
tribulatio ⁊ afflictō corpis·an an
guſtia ⁊ tbulacō mētis·an fames·
an piculū ⁊ pauptas·an gladiꝰ ⁊
ipſa mors·q·d·neq̃ꝫ pn̄t nos iſta
ſepare a caitate xp̄i Criſ ſi nautis
picula maris·agricolis glacies ⁊
frigora·militibꝰ vulnera leuia·por
tabilia ſunt ꝓpter ſpem lucri·q̄ñto
magis q̃ amat deū nullum debet ti
mere piculū·Et ſic iacob videbant̄
xiiij·āni pauci quibꝰ grauit̄ ſeruī
uit ꝓ rachel p̄ amoris magnitudīe
Gen̄·xxix·q̄ñto magis debet hō ſu
ſtinere ꝓ amore dei ⁊ regno celorū
Tercīo debemꝰ diligere dn̄m ex to
ta mēte ⁊ pſeuerāter pu̇·xvij Omi
tpe diligit q̃ amicus ē ⁊ frī in āgu
ſtijs ꝓbatur·Ita hō dꝫ diligere
deū in aduerſitate ſicut in ꝓſperitate
Sꝫ quidā diligūt tm̄ in ꝓſperitate
ſ·qñ dat eis bō tpalia ⁊ pſpeitatē
et ſanitatē corpis·ſed qñ immittit
eis tribulationes·infirmitates et
pauptates·ſtatī murmurāt ꝯtra
deum ⁊ dicūt·dn̄s oblitus ē mei q̄ꝛ
plus caſtigat me q̄ꝫ aliū Iſti hn̄t
amorem meretricis ſiue amaſie·q̄
tm̄ diligūt viros qñ dāt eis mune
ra·ſed qñ nō hn̄t dare diligūt ali
os·vñ Hugo·vide o anima ne me
retrix ⁊ nō ſponſa xp̄i dicaris De tali
bus dī puer·xxvi·cū defecerint lig
na extinguit̄ ignis·ſ·caritatis Iſti
nō attendūt q̄ꝛ flagella ⁊ tribula
tiōes ſūt ſigna diuini amoris Apo
c·iij Ego q̃s amo arguo ⁊ caſtigo
Scd̄o videndū ē q̄re diligendus ſit
deꝰ Nota q̄tuor de cauſis ſolet aliq̄
res diligi·Primo q̄ꝛ bn̄ficijs ꝓmeru
it ⁊ certe ideo diligēdus ē deꝰ Ber·
Multū nobis meruit deꝰ qui ſeip
ſum nobis dedit in p̄cium·Non eſt
lignū ita frigidū ſi ponat̄ in igneꝫ
ardentis clibani qui ardeat Sic nec
cor aliquod ita frigidū ſi ponatur
in ignem diuini amoris·ſi ſtatim
A ·iij·

tur qn̄tum nos amauerit. qm̄n ac
cendat ad amandū Hugo. O hō
cogita quātū te dilexit q̄ tm̄ digna
tus eſt facere ꝑ te. Obſtupeſce tan
ta bn̄ficia tibi exhibita. pulchra
facta fueras eius munere. feda fc̄a
fueras tua iniq̄tate. ſꝫ iterū munda
ta ꝛ pulchra facta es eius pietate
opāte tn̄ vtrobiqꝫ caritate. Olim cū
nō eſſes dilexit te vt crearet. poſtea
cū facta eſſes feda dilexit te vt pul
chrā faceret te ꝛ vt oñderet q̄ntū te
diligeret. nō ñ moriēdo te a morte
liberare voluit. nūc aūt ſincera cari
tate te diligit ac ſi ſemꝑ ſecū ꝑſti
tiſſes Scdō ſolet aliq̄s diligi qn̄ be
neficia ab eo ſperant̄ Jdcirco dili
gēdus eſt de⁹ q2 inter oīa alia bn̄fi
cia maximū ē q2 nobis tantā ma
gnā gloriā ꝑmiſit ꝛ preparauit. ꝑ.
Coꝛ. ij. Qd nec oculus vi. nec au.
audi. nec in coꝛ homini. aſ cen. Jdō ē
ſūme diligēdus Bern. q̄ tāta bn̄fi
cia michi ꝑmittis debeo me amori
tuo totū. Tercō ſolꝫ diligi aliqua
res q2 delicie inueniunt̄ in ea. ideo
etiā diligēdus eſt de⁹ pš. Guſtate
ꝛ videte. qm̄ ſua. ē dn̄s. btūs vir qui
ſpe. in eo ꝛ q̄ totā ſpē ꝛ dilectionē
ponit in eo. talis pōt ſentire ſuaui
tatē dei. Amoꝛ em̄ dei ſuauiſſim⁹ ē
qd patꝫ q2 oēm aliū amorē ſepat
et ſupat. Exemplū in melle cuius
dulcedo oēm dulcedinē ſupat vn̄
Eccle. xxiiij. Trāſite ad me oēs qui
cōcupiſcitis me ꝛc. ſequitur. ſpūs
em̄ me⁹ ſup mel dulcis. q̄ mel gu
ſtauerit illi poſtea nullus cib⁹ ſā
pit. ſic q̄ guſtauerit dulcedinē cari
tatis diuine poſtea ñ ſapit ei amoꝛ

terrenoꝝ Aug⁹. q̄ biberit d fluuio
paradiſi cui⁹ gutta maioꝛ ē oceano. re
ſtat vt in eo ſitis h⁹ mūdi extincta
ſit. illis em̄ ſcdm̄ Grego. dulce ē in
humanis rebus qui adhuc nulla
gaudia d celeſtibus guſtauerunt
Quarto ſolet aliquis diligi ratiōe
cōſanguinitatis. ꝛ idō diligēdus
eſt deus quia maiorē cōſanguinita
tem habet nobiſcū q̄ cū angelis
ex eo q2 humanā naturā nobiſcū
aſſumpſit Heb. ij. nuſq̄ em̄ ange
los ſed ſemen abrahe apprehēdit.
neqꝫ em̄ angelos appellāt fratres
ſicut homines. vn̄ pš Narrabo no
men tuum fratrib⁹ meis. Legitur
gen̄. xliij. Q2 ioſeph maiorem ptē
honoꝝ dedit beniamin qui erat fra
ter ſu⁹ ex vtroqꝫ parente q̄ ceteris
fratribus qui erant ex altera pte.
Sic deus duplicem refectōnem ho
mini dedit ꝛ dabit in ſua diuinita
te ꝛ humanitate. Angelos aūt in
ſua diuinitate reficit. ymmo non
tm̄ frater ſꝫ etiam pr̄ Math. xxiij.
Vn⁹ eſt pater veſt qui in celis ē Ber.
ſi fili⁹ naturaliter amat patrē a q̄
habet ptem coꝛpis. quāto magis
debet amare deum a quo habet coꝛ
pus ꝛ animam Deut. xxxij. Nūqd
nō ipē eſt pater tuus qui fecit. poſ
ſedit et creauit te. Ipſe eſt pat no
ſter qui nos creauit et cum pieram
mūs recreauit. Jdeo debemus eum
diligere et non ad iracundiam pec
cando ꝓuocare. Exemplum Adole
ſcens quidā intrauit ſiluā in qua
moābantur meretrices. cui occurrit
dyabolus in ſpecie mulieris dicēs
Jntra ſiluam ego ſequar te. cui in

trauit ſiluam occurrit ei xp̄s in ſpē monachi capa indutus dicens. Quo tendis fili mi mala eſt via reuertē dilecte fili mi Cui ille. cur me appellatis filiū cū nō ſitis pr̄ meus. ꝛc. Re. in die paſ. i ſer. Ecce lo. Aug⁹. Amādus eſt genitor et prepo nendus eſt creator Rogem⁹.

Dn̄ica. xx. Ser. cxliiij.

# Loquimini ve

ritatem vn⁹quiſq; cū proximo ſuo Ephe. iiij. In verbis. iſtis hortat̄ nos apl's diligere veritatē Sciendū aūt ꝙ q̄druplex ē veritas. ſ. oris. cordis opis ꝛ pſeuerancie Veritas oris ꝯſiſtit in trib⁹ in locucione. in ꝯfeſſione. ꝛ in ꝓmiſſione De veritate locucionis dr̄ hic in verbo ꝓpoſito. ſ. loquimini veritatē. pſ̄ Veritatē diligit de⁹ Q̄ntū diſplicet ſi ꝯtrariū fecerim⁹ patet i Anania et ſaphira q̄ cū negarent veritatē petro. ceciderūt ꝛ expirauerūt. Actu. v. Re. in ſer. Non falſū teſti. dices. Aug⁹. ſup pſal'. Aliud ē mētiri et aliud ē verū occultare. ſic aliud eſt falſum dicere ꝛ aliud ē verū tacere. vt ſi q̄s non velit hominē ad mortē pdere. paratus debet eſſe verū occultare. nō dicere falſū vt nec̄ ꝓdat nec̄ menciat̄ nec̄ occidat aīam ſuā ꝓ corpe alteri⁹. q2 dr̄ in pſal'. Perdes omēs q̄ loquūtur mendacium Itē debe⁹ hr̄e veritatē oris i ꝯfeſſione Eccl̄i. iiij Nō ꝯfūdaris ꝓ aīa tua dicere verū ꝓ veritatē in ꝯfeſſione Cōtra hoc peccauit Cayn. Qui cū debuit ꝯfiteri ꝛ dicere veritatē ſ. n̄

dit Neſcio dn̄e. Nunq̄d cuſtos fratris mei ſū ego. ꝛc. Gen̄. iiij. Ambroſi⁹ ſup pſ̄. Bti immaculati. Ceſſat eni vindicta diuina ſi ꝯfeſſio ꝓcurrat humana. Itē debem⁹ hr̄e veritatē oris in ꝓmiſſione. ita ꝙ q̄cq̄d ꝓmittim⁹ teneam⁹ Ecc̄. viij. nō ſpōdeas ſup v̄tutē tuā. ꝙ ſi ſpoponderis quaſi reſtituēs cogita. Ecc̄s. v. Si quid vouiſti ne moreris r̄ddere. diſplicz eni ei infidel' ꝛ ſtulta ꝓmiſſio. ſed quecū; voueris redde. Multo ē meli⁹ ē nō vouere votū q̄ p⁹ votum ꝓmiſſum non r̄ddere. Q̄ntum iſtud diſplicet dō. ſ. ſtulta ꝓmiſſio patet in ſaul q̄ fregit ꝓmiſſum q̄d ioſue ꝓmiſerat gabaonitis Legitē ioſue. ix. ꝙ cū filij iſrl' intrarent terraz ꝓmiſſionis: ceperūt iherichō et hay ꝛ mltas alias ciuitates Hec audientes gabaonite timuerūt ne eis facerent ſimile ꝛ cogitātes callidū ꝯſiliū miſerūt ad ioſue ꝛ ad filios iſrl' nūcios q̄ argumētū longoꝝ itinerū tulerūt. ſaccos veteres in q̄bus ferebant panes muſcidos ꝛ in fruſta comminutos ꝛ vtres vinarios antiq̄s ſciſſos ꝛ ſotulares veteres habuerūt in pedib⁹ ꝛ induti veterib⁹ veſtimētis ꝛ venientes ad filios iſrl' dixerūt. de t̄ra longinq̄ veni m⁹ q̄ eſt ex̄ t̄ram q̄ vobis debet̄ et q̄rim⁹ vobiſcū facere pacē Qui r̄ndērūt videte ne forte hitetis in terra q̄ nob' debet̄ ꝛ non poterim⁹ vobiſcū pacē facere Qui omīno negauerūt dicētes Adeo remota ē terra nrā ꝙ panes iſti calidi erāt q̄n exiuim⁹. qui modo ſunt muſcidi ꝛ vtres noui qui modo ſunt rupti. et veſtimē

ta et calciamenta noua quē modo
ſunt cōſumpta. Crediderūt eis filij
iſrl̄ ⁊ fecerūt pacē cū eis. poſt dies
vero tres cognouerūt ſe deceptos
ꝗ i vicino habitabāt ⁊ mouētes
caſtra voluerūt euertere ciuitates
eoꝝ .ſ. Gabaon Cophira. Beroth
Cariathyari. ⁊ egreſſi ſunt eis ob
uiā gabaonite. ⁊ dixit ioſue Qua
re decepiſtis nos dicētes ꝙ in terra
aliena habitaretis. Qui dixerunt.
nunciatū ē nobis ſeruis tuis ꝙ do
minꝰ deus veſter ꝓmiſiſſet vobꝭ ter
ram hāc ⁊ ꝓcepiſſet diſperdere oēs
inhabitātes. ergo timuimꝰ vald̄
et de cōſilio prouidimꝰ aīabus no
ſtris neceſſitate compulſi. nūc aūt
in manu tua ſumꝰ qđ tibi bonū ac
rectū videt̄ fac de nobꝭ. tūc clamauit
pp̄ls non ē ſtandū iuramēto et ꝓ
miſſo qđ ꝑ ſurreptionē factū eſſet
Seniores aūt qui iurauerūt ⁊ ꝓmi
ſerūt nō audebāt frangere fedꝰ ſꝫ
ordinauerunt ſic ꝙ hitarent inter
eos ⁊ eſſent eorū ſerui lignarij et
aquarij Iſtud fedus ſtetit multis
annis ⁊ nullus audebat frangere
Tandē cū r̄gnaret ſaul iſte fregit
et multos ex eis occidit qđ tantū
diſplicuit dn̄o ꝙ vindicabat in eū
et in filios ſuos in hunc modum.
Ipſe enī cecidit in prelio. quo mor
tuo cū regnaret dauid facta ē ma
gna fames in iſrl̄ tribus annis ij.
Re. xxi. Et cōſuluit dd oraculū dn̄i
et dixit ei dominꝰ. Qꝫ iſta fames eſ
ſet ꝓpter ſaul ⁊ domū eiꝰ eo ꝙ fre
giſſet fedus ⁊ ꝑcuſſiſſet gabaoni
tas Dixit ergo dauid ad gabaoni
tas. quid faciam vobis ꝓ emēdaꝭ

Qui r̄nderunt non eſt nobis ſuper
auro ⁊ argento. ſed ſuper ſaul ⁊ do
mum eius. Dentur nobis ſeptem
viri de filijs eius vt crucifigamus
eos Quod et factum eſt et plaga
ceſſauit ⁊ dedit dominus pluuiam
terre. In hoc patet ꝙ dominꝰ vult
promiſſa ſeruari etiam infidelibꝰ.
ſic de veritate oris patet. Secūdo de
bemus habere veritatē in corde ita
vt q̄cquid loq̄mur ore intēdamꝰ
et corde Contra hoc faciūt multi q̄
blāde loquūtur proximis ⁊ tamē
corde non intendūt Prouer. xxiiij.
Nō lactes quemq̄ labijs tuis Ta
les ſimiles ſunt iude qui ꝑ oſculū
tradidit dominū ſuum. vnde recte ſi
gnificāt̄ ꝑ ioab qui dixit ad ama
ſon. ſalue mi frat̄ ⁊ tenuit vna ma
nu mētū eius quaſi oſculans alia
manu extraxit gladiū ſub pallio
et ꝑcuſſit eum in latere ⁊ mortuus
eſt. Nota hiſtoriam. ij. Re. xx. pro
uerbꝭ. xi. Simulator decipit ore ami
cum ſuū. vn̄ iudas nō māſit impu
nitus. nā ſeipm̄ ſuſpēdit ⁊ dānatꝰ
eſt. Ioab etiā nō māſit ipunitus.
nam occiſus fuit iuxta altare. iij.
Re. ij. ſic ꝯtinget oībꝰ talibꝰ Ter
tio debemꝰ hr̄e veritatē in opacōe.
ita ꝙ q̄cq̄d ore ꝓmittimꝰ ⁊ cord̄ fa
cere intēdamꝰ etiā ſine ꝓtractione
ope impleamꝰ ꝑ. Io. iij. Nō diliga
mꝰ verbo neq̄ lingua tm̄ ſꝫ ope et
veritate Hāc veritatē habuit eze
chias ⁊ ideo placuit deo. iiij. Re. xx.
Memēto dn̄e quō ambulauerim
coram te in veritate ⁊ adiecit deꝰ vi
te ſue. xv. annos. Contrā hoc pecca
uit pharao qui multa ꝓmittebat

ſed ope nõ implebat. ꝓpter qd̕ in
mari rubro tandez ſubmerſus eſt
Exod. xiiij. Aug9. i libro de agone
Errat quiſqꝫ ſi ſe veritatẽ cognoſcere
putat qui adhuc neq̃ter viuit. Quare
to debe9 habere veritatẽ in bone vite
perſeuerãcia Nõ enĩ qui bonam vi
taz inceperũt ſꝫ pſeuerauerunt vſqꝫ
ad finẽ hi ſalui erũt Hãc veritatez
optabat xp̃s diſcipul̕ ſuis qñ diſ
ceſſit ab eis orãs prẽm ſuuz dicẽs
Pater ſãctifica eos in veritate. glõ
Quaſi diceret. Sic ex tua gr̃cia ince
pta ẽ ſanctificacõ. ead̕ gr̃cia pſeue
ret vſqꝫ in finem ſcz in veritate Ecc.
xxxvij. Depcare altiſſimũ vt in veri
tate dirigat viã tuam. Cõtra hanc
veritatẽ pſeuerancie peccauit ſalo
mõ qui i fine vite ſue deos colebat
a mulieres alienigenas adamaue
rat. iij. Re. xi. vñ pſal̕. Seruite dño
in timore. glõ. vt in ſeruicõ eius p
ſeueretis Contra hoc peccauit ille
eremita qui in fine vite ſue factus ẽ
latro a ɔdemnatus Rogemus.

De eodem. Ser. cxliij.

# Ut quid cogita

tis mala i cordib9 veſtris
Mat. ix. Hoc verbũ põt eſſe dei ad
nos oẽs in quo rephendit nos de
malis cogitacõnib9 Sciendũ autẽ
ꝙ cogitacõ hois debꝫ verſari circa
quatuor. Primo circa paſſionem
dñi Tren. iij Recordaẽ trãſgreſſio
nis mee a paupꝑtatis mee abſinthij
a fellis Eccĩ. xxix. Grãm fideiuſſoris
tui ne obliuiſcaris. dedit ei ꝓ te ani
mã ſuã Fideiuſſor ille eſt xp̃s. tot9
mũd9 p ſentẽtiã di pris dãnatus
erãt. Compatiens autem filius di
fideiuſſit ꝓ nobis. poteſt autem ho
mo pro tam magna cauſa fideiubẽ
re. ꝙ oportet euz aliquando domũ
relinquere a hereditatẽ ſuaz a qñqꝫ
vitaz a ſic fec̃ de9 Jero. xij Reliqui
domũ meam. dedi dilectã aiaz meã
in manibus inimicorum meorum
Hugo. O homo cogita quantum
dilexit te qui tanta tibi contulit q̃
tanta ꝓ te ſuſtinuit a tantum te di
lexit. Aug9. O homo cogita quan
tũ te dilexit deus tuus vt veſtigia
eius imiteris. ꝓpter te pauper fact9
eſt in mũdo vt te ditaret in celo. ꝓp
ter te capt9 eſt vt te ab eterna cap
tiuitate liberaret. ꝓpter te ligatus
eſt vt te a vincul̕ pctõꝝ abſolueret
ꝓpt̕ te flagellat9 eſt vt te a flagell̕
eterne ire erueret. ꝓpter te coronatus
ẽ ſpinis vt te coronarez in celis. ꝓpt̕
te vulneratus eſt medicus vt te ſã
naret egrotum ꝓpter te crucifixus
eſt vt tuas ɔcupiſcentias crucifigẽ
res. ꝓpter vt mortu9 ẽ vt te a mortu
is ſuſcitarz. hec cogitacõ deo mul̕tuz
placet Exemplũ in eremita q̃ roga
uit dñm vt oſtẽderet ſibi quale ſer
uiciũ ſibi mãgis acceptũ fuiſſz. Re
quire in ſer. Grãs ago deo meo. q̃n
tum eciã pſit nobis hec cogitacio
oſtendit Joſue. v. vbi dicit̕ ꝙ filij
iſrl̕ expugnata ciuitate iericho a
inhitatorib9 eius occiſ. ſola man
ſit raab meretrix. hec ẽ aia que eſt
ſecura manens in domo ſue cõſciẽ
tie. ſi ſuſpẽderit funiculũ coccineũ
i. paſſionem xp̃i p iugẽ memoriã
ãte fores ſue ɔſcĩe. Scdo debet hõ
v̄ſari circa p̄cepta dei a ſacrã ſcrip

turãſcȝ cogitare Eccľi·iiij·q̄ precepit
dñs iſta cogita ſp̄ vt ſcȝ illa imple
as ⁊ cuſtodias·pš·In lege eiꝰ me
di·die ac nõ·Deut·vi·hec medita
beris ſedens in domo tua ãbulans
in itinere dormiens atq̧ ↄſurgens
Jdõ hõ dȝ libẽter audire p̄dicacões
legere pſalteriũ ⁊ ſacrã ſcripturaȝ
vt ſuũ cor occupet bonis cogitacõ
nibꝰ ⁊ licȝ hõ non totũ intelligat
qđ legit·Exemplũȝ legitur in vitaſ
patrũ·ꝙ quidaȝ frat̃ dixit beato
arſenio Ecce pat̃·meditari feſtino
de ſacris ſcripturis ⁊ non ſencõ cõ
punctõeȝ in corde meo·q2 nõ intel
ligo virtutem verboꝝ ſacre ſcriptu
re vnde valde contriſtor·rñdit btũs
arſeniꝰ·oȝ te fili inceſſant̃ meditari
eloquia dei·licet incãtatores q̄ ſpen
tes incãtare ſolent nõ intelligũt il
la v̓ba que loquunt̃·tamẽ ſpentes
audiẽtes verba illa acq̇eſcũt eis ⁊
ſbdunt̃ eis·ita ⁊ nos faciaꝰ filiꝛ Li
cet non valemꝰ intelligere v̓tuteȝ di
uinarũ ſcripturaꝝ·tamẽ ſmones
audiẽtes eã terent̃ ⁊ effugati diſce
dũt·Tercĩo debet cogitacõ hoĩs ver
ſari circa peccata que ↄmiſit·Pš·
Cogitabo ꝓ pctõ meo·i·penã quã
merui ⁊ bõ que ꝑ pcm̃ amiſi·pſa·
xxxviij·Recogitabo tibi dñe oms
annos meos in amaritudĩe anime
mee·Jſiđ·Nullũ inueniẽ pctõrũ re
mediũ tale ſicĩ eoꝝ cũ recorbacõne
⁊ dolorẽ ↄtĩua memoria Reminiſcẽ
ci debeꝰ q̄ꝫ q̄uia fuit q̄ cõmiſiꝰ·q̄ꝫ dã
noſa q̄ obmiſiꝰ·q̄ꝫ dura iferni ſup
plicia que meruimꝰ Exeplũ quidã
frat̃ venit ad abbatẽ ammonens
dicẽs pat̃·dic mihi aliqđ v̓bũ edi
ficatoriũ·dic ei abbas·vade fac ta
leȝ cogitacõeȝ tuã ſicĩ illi qui ſunt i
carcere·Jlli enim interrogant vbi ẽ
iudex ⁊ qñ veit ⁊ ipſarũ penaruȝ ex
ſpectacõem q̄s meruerũt deplorãt
Jta ⁊ homo debȝ eẽ ſuſpẽſus ⁊ ani
mã ſuã obiurgaẽ dicẽdo ⁊ cogitã
do·Ve mihi·quõ audeo ſtare ante
tribunal xp̄i ⁊ quõ debeo actuũ me
oruȝ reddẽ rõeȝ·ſi enĩ hec ſp medi
tatus fueris ſaluꝰ eris Quarto dȝ
cogitacõ hoĩs verſari circa morteȝ
ſuam Eccĩ·vij·Memorare nouiſſi
ma tua ⁊c̃·vñ dicit ſacerdos impo
nẽs cineres·Memẽto hõ q̄ꝫ cinis es
⁊ in cineȝ reuerteris·Augꝰ·nĩl ſic
reuocat a pctõ ſicĩ mortis continua
meditacõ·Exemplũ quidã rex erãt
in grecia qui nũq̄ꝫ ridẽ ↄſueuit·q̄
dã die dũ q̄reret ab eo frat̃ eiꝰ car
nalis cãȝ tãte triſticie·rñdit·Cras
idicabo tibi vade in domũ tuã·cũq̧
ille abiſſȝ miſit rex milites cũ cornu
qđ ſolebat ſufflare ſuper occidẽdos
⁊ fecit ſufflari ante domũ friſ ſui ⁊
iuſſit eum ligari ⁊ duci ad mortẽ
Et fecĩ eũ nudũ ſtare inter q̄tuor mi
lites armatos euagiatis gladijs
Deinde fecĩ venire diuſa genera mu
ſicaliũ ante eũ ⁊ dixit ei rex·Frater
cur nõ rides·qui rñdit·quõ poſſuȝ
ridere quocunq̧ me vertero video
mortem ante me ⁊ ait rex·Ecce illa
eſt cauſa quare ego ridere nõ poſ
ſũ·q2 ego video ꝙ me oȝ mori·ſȝ ne
ſcio vbi vl̃ quõ vl̃ qñ ⁊ tc̃ eũ libeꝝ
dimiſit·Jn cuiꝰ ſignuȝ legiẽ ꝙ xp̄s
bñ fleuit i vita ſua ⁊ nũq̄ꝫ riſit·vt
teſtat̃ Ber·Sepiꝰ legi xp̄m fleuiſſe
nũq̄ꝫ aũt legi ipſũ riſiſſe·Rogẽmꝰ

Nolite fieri im
prudētes ſ; intelligētes q̄
ſit volūtas dei Eph. v. Vidēs apl's
mltos ābulātes iprudent̄ i h° ſe
culo ⁊ iō cū fatuis v̄ginibꝰ excludēt̄
a regno dei · vt ſcribitur Mat. xxv
Iō monet nos i verb̄ p̄miſſis vt ſi
mꝰ prudētes · Sciendū ꝙ q̄tuor cre
aturē reperiūtur prudentes a q̄bꝰ de
beꝰ prudentiā addiſcē Job. xij Inē
roga iumēta ⁊ docebūt te ⁊ volatilia
celi ⁊ īdicabūt tibi .ſ. prudētiā Prīa
eſt Leo cuiꝰ prudētia ē vt veſtigia
delz cū cauda ſua ne a venatoribꝰ i
ueniāt. ſic nos ꝑ ꝯfeſſionez debeꝰ de
lere veſtigia · i · vitā ꝑteritā ⁊ pctā
nrā ne venatores · i · diaboli aliqḋ
veſtigiū pctōꝝ nrōꝝ īueniant in
q̄ nos cape poſſint pš. Bti quorū
re · ſūt iniq̄ · ⁊ quorū te · ſūt pctā · vn̄
orauit dauid dic̄ Miſerē mei deus
ſm · mag · miſe · ⁊c̄. Dyabolꝰ enī ſcri
bit oīa pctā nrā ⁊ q̄ntūcūq ꝑua ⁊
negligētias. Exēplū legit̄ de btō
auguſtio · cū eſſet in orōe vidit de
monē eūtē ⁊ magnū librū portan
tē ⁊ adiurauit eū vt dicerz ſibi qḋ ī
eo ſcriptū eſſz Qui rn̄t · pctā hoim
⁊ negligētias eoꝝ Cui Auguſtin.
oñde m̄ librū ſi in eo ſuz notatuſ ⁊
apto libro iuenit in eo ſcriptū ꝙ q̄
daz die oblitꝰ fuerāt dicē ꝯpletori
um ſuū ⁊ ſtati ꝯtritus repetiuit cō
pletoriū ⁊ apto iterū libro iuenit
hoc totū deletū. Scḋa creatura ē ſer
pēs q̄ nos debz docē prudentiā Ma
x. Eſtote prudentes ſic ſpētes. Pru
dentia ſerpētiſ eſt ꝙ ad vocē incāta
toris obſtruit aures ſuas .ſ. vnā
terra aliam cauda · pš. Sicut aſpi
dis ſurde ⁊ obturantis aures ſuas
que non exaudiet vocem incātato
ris. Incantator eſt dyabolus qui
ſua incantacione multos decipit ꝓ
mittendo longam vitam vel bona
tēporalia Mat. iiij. Hec omnia tibi
dabo ſi cadēs adoraueris me. Ber.
Demonuz ē ſuggeſtione s malaſ
ingerere noſtrum eſt illis non cō
ſentire. ⁊ quociens reſiſtiꝰ dyabo
luz ſupamus. angelos letificamꝰ
deū honoramus. De ſuggeſtione
dyaboli habemꝰ exemplum in bea
to hilario qui cum iret ꝯtra hereti
cos ꝓ defenſione fidei. dyabolus aſ
ſociauit ſe ei in ſpecie hominis ſer
uiens ſibi ⁊ portans ſacculū eius
⁊ mlta alia ſeruicia ſibi exhibuit
Et quaſi compaciendo ei Rogauit
eum · vt modicum de vino biberet
⁊ guſtaret vt fortior fieret ad cubiū
in quo ſibi ꝯſenſit Deinde cōſuluit
vt carnes comederet ⁊ ſic fecit. Cū
autē veniſſet in ciuitatez quandaz
duxit eum in domum cuiuſdā reli
gioſe feīe ⁊ ꝓcurauit vt mutuo ſibi
ꝯfabularent̄ ⁊ ſepius ad peccādū
inſtigauit. Sz volente deo btūs mar
tinꝰ in ſpū cognouit qui occurrenſ
demonem cito fugauit ⁊ illū liberā
uit alias lapſꝰ fuiſſz Ecce deceptio
diaboli Quociēſcūq̄ g̃ diabolꝰ ſug
gerit nob̄ mala debeꝰ ad modū aſpi
dis obſtruē aureſ · vnā tra cogitā
ꝙ terra ſuꝰ ⁊ in terram reuētemur
Eccī · vij. Memorare nouiſſima tua
⁊ in eternū nō peccabis. ⁊ alteraz
cauda · cogitando finē qui ſeq̄tur

poſt gaudia preſẽtis vite Gre. Cõ
tinu9 ſucceſſus rez tẽpalium certũ
eſt etne dãnacõis indiciũ Tercia
creatura a qua prudentiaz addiſce
re debe9 eſt formica que docet nos
ꝓuidere de futuro Prouerb. vi. Va
de ad formicã o piger homo ⁊ con
ſideravia eius ⁊ opacões ⁊ diſce ſa
pientiam que cũ nõ habeat ducez q̃
eaz doceat aut preceptorẽ q̃ eã co
gat. pat tñ in eſtate ſibi cibũ ⁊ cõ
gregat i eſtate qd comedat in hi
eme. ſic debet hõ in pñti vita congre
gare fruct9 bonoꝝ operũ vñ viuat
in futurã vita. vñ apl's ad Gal'. vi
Duz tps habemus operemur bonum
ꝓpter qd laudauit dñs villicuz ini
quitatis q̃ fecerat prudẽter ⁊ in fu
tuꝝ ſibi ꝓuiderat Nõ parabolaz dñ.
ix. poſt feſtũ trini. i fer. Redde racõ
nem. Amb. in q̃daz epl'a. Nullus
fruct9 ociĩ ymo diſpẽdiũ generat
ocĩoſus ſiue tard9 vñ debe9 facere ſic
ille rex qui cũ ſciret p9 annũ ſe in ex
iliũm ittendũ p̃miſit ſibi multa bo
na. Regũ. in. f. Prepa te in oc. i. pñ
ti. Sen. ſi prudẽs eẽ cupis. in futuro
ꝓſpectũ intende. Quarta creatura
que nos docere debz eſſe q̃dam pi
ſcis qui vocatur echin9. De quo le
git ꝙ in naturis aĩalium cũ ſẽtit
tẽpeſtates maris adiũgit ſe lapi
di ore adherendo ne a pcellis hinc
iactet. Mare eſt ſpũs ſeculũ ꝙ ſic
in mari ſunt multa picula. ita in
hoc mundo ſũt m'lta picula Bern.
Pericula huius mundi ꝓbat trãſ
eũciuz raritas. pernciũ multitudo
ꝙ inter multos vix trãſit vnus hõ
qui non peat in periculo huius

mundi quia multi ſunt vocati pau
ci vero electi. Jdem bern. Heu mihi
quia vndiq3 mihi pericula. vndiq3
mihi bella. vndiq3 mihi tela volãt
vndiq3 mihi tẽptamenta. quocũ
q3 me vertã nulla ſecuritas. ⁊ que
mulcẽt. ⁊ que moleſtant. timeo.
⁊ eſuries ⁊ refectio ſõnus ⁊ vigi
lie. labor ⁊ requies ſẽper militant
aduerſum me. Non min9 ſuſpectus
eſt mihi ioc9 ira. Cuz igit̃ tot picu
la ſũt in hoc mari. pauciſſimi trãſ
eunt quin pidiſentur. Exemplũz
Quidã cleric9 amonitus ab amico
ſuo epõ vt alijs bñficijs ſuis reſig
natis vnũ tm̃ reſuaret. q̃ rñdit tẽp
tabo vtꝝ pluribꝫ meis bñficijs poſ
ſim ſaluari. Tũc epũs adiurãs euz
⁊ precepit ei vt poſt mortẽ ad euz
rediret ⁊ de ſtatu ſuo ſibi reuelaret
mortuus ergo ipſe apparuit dicẽs
ſe eternaliter eſſe damnatum ꝓpt̃
auariciam. Et poſt multa q̃ſiuit
ab epõ dicens. viuit ne adhuc ali
quis ſuper terram. Qui reſpondit
quõ ſic queris. certe poſtquã mor
tuus ſui tã magna multitudo deſcẽ
dit ad infernuz ꝙ non credebaz tot
hoies eẽ in mũdo. Debe9 ergo pru
dẽtes eſſe ſic piſcis iſte ad herere la
pidi idez xp̃o qñ inſurgũt tẽpeſta
tes tẽptacõnũ ⁊ tribulacõnũ reco
lendo paſſionẽ ⁊ tribulacões quas
ipſe in hoc mundo ſuſtinuit. tunc
nulla p̃t p̃ualẽ tẽptacõ. Origenes
Tãta ẽ virt9 paſſiõis xp̃i. ꝙ ſi in ſi
deliũ mẽtib9 habeat. nulla iuidia
poteſt p̃ualere. nulla libido. ſꝫ cõti
nue ad memoriã ei9 paſſiõis toci9
pcti ⁊ mortis fugiet exercit9. Jtez

nulla aduerſitas vel tribulacō pōt
hoiem vincere Grego. Si paſſio cri
ſti ad memoriam reducat nihil ē
qđ non equo animo toleraṫ. bern̄.
nihil dulci⁹ in ťbulacōe q̄ꝫ paſſio
nem xp̄i meditari. Exemplū. Iuue
nis quidam religioſus fcūs eſt re
q̄re in ſmōe q̄cunq̄ꝫ ſcripta ſūt. in
principio huius libri.

De eodem. Smo. Clxvi.

# Intrauit autē

rex vt videret diſcumbētes
Math. xxij. Rex iſte de⁹ eſt qui eſt
rex regum ⁊ dn̄s dn̄anciū qui vidꝫ
omnes homines in p̄ſenti vita qua
druplicit̄. vidit bonos ⁊ malos
generalit̄. ſed electos videt miſe
ricordiť i futuro. vidꝫ malos horri
bilit̄ ⁊ bonos delectabiliť. Primo
dico videt bonos ⁊ malos generali
ter Ps. de celo reſpexit dn̄s videt
omnes filios hoīm ſiue bonos ſiue
malos ⁊ oia facta eorum tā in te
nebris q̄ꝫ in luce Heb. iiij. Oia nu
da ⁊ apta ſunt oculis eius Ecci. ii
ij. Oculi eius lucidiores ſunt ſole ꝯ
ſ̄plantes om̄s vias hoim. ⁊ pfun
dū abyſſi ⁊ hoim corda intuētes in
abſcōditas ptes Iob. xxxi. nonne
ipſe omnes vias meas ⁊ cunctos
greſſus meos dinumerat. Gre. ſic
de⁹ vniuſcuiuſq̄ꝫ vias ꝯſideāt vt nec
minutiſſime cogitacōes nec minu
tiſſima verba q̄ apud nos vſu vilu
erunt. eius iudicio indiſcuſſa non
remanebunt. Multi ⁊ multe ſunt
qui credunt cogitaciōes ſuas ⁊ oc
culta latere de quib⁹ ps̄. dixerunt
non videbit dn̄s nec intelligꝫ deus

iacob qui plantauit aurem nō au
diet ⁊c. Attēdant occulte peccātes
q̄ꝫ de⁹ oia audit ⁊ videt Aug. Qꝫ ſi
lateat ⁊ a nemine hoīm videaṫ q̄d
faciet de illo deſup inſpectore quez
nihil latere pōt. Vnde legiť in vi
taſpa. q̄ꝫ pafnuci⁹ abbas audiēs
q̄ꝫ thays mētrix ꝓpter pulchritu
dinē ſuā multas aīas dānauit. Re
q̄re i feſto aſcen. i ſer. Ecce aſcendꝫ
q̄i aq̄la. Scdo videt dn̄s p̄deſtina
tos pctōres grāꝫ infundēdo miſeri
cordiť Sap. iiij. Grā dei ⁊ mia ei⁹
in ſcōs ſuos ſcꝫ i p̄deſtinatos pec
catōēs ⁊ reſpcūs i electōs illi⁹ Hoc
mō reſpexit dn̄s petꝝ poſt trinam
negacōem. q̄ egreſſ⁹ foras fleuit
amare Luce. xxij. Amb. dn̄s inter
flagella petꝝ lacrimāteꝫ oculꝰ mie
r̄ſpexit. q. d. pl⁹ doleo d̄ tuo pctō q̄ꝫ
de meo flagello. h° modo vidit ma
theū in teloneo Glō. non tm̄ viſu
corpis ſꝫ intuitu miſerātiꝰ ⁊ traxiť
eū ad ſe Sicut vide⁹ in lapidib⁹ vel
in alijs creaturis q̄ꝫ quadam virtu
te eius ferrū ad ſe trahunt Si hoc
poſſibile eſt creature quāto magis
creatori. Exēplū habe⁹ in filio ꝓdi
go Lu. xv. Qui cū longe eſſet vidit
eū pr̄ eius ⁊ mia mot⁹ eſt ⁊ occur
rit ei ⁊c̄ ⁊ paulo ante ſup illo verbo
Surgā diť Aug⁹. ꝓpoſitū ille non
hūiſſꝫ niſi oculꝰ diuin⁹ ⁊ dīne mi
ſericordie inſpexiſſet eū. Primo er
go reſpexit eū miſericordiť bonum
ꝓpoſitū immittendo. poſtea reſpex
it eum aīcabiliť recipiēdo. Nō pa
bolaꝫ breuiť. Hō q̄daꝫ hēbat duos
filios ⁊ iunior dereliquit patrē ⁊
abijt in regionē lōginquam ⁊ ibi

male ꝯſumpſit bona ſua ⁊ tandem
venit ad talez miſeriam ⁊ inopiaꝫ
ꝙ deſiderabat cū porcis comedere
tūc ad ſe reuerſus cognouit ſtatū ſu
um ⁊ ait. Surgā ⁊ ibo ad patrem
meū et querā grāꝫ ⁊ cū eſſꝫ in via
ante ꝙ̄ appinquarꝫ ad prēm vidit
eum pr̄ venientē ⁊ mia mot⁹ occur
rit ei ⁊ amplexatus ⁊ oſculat⁹ eſt
eū ⁊ dedit ei nouā veſtem ⁊ calcia
mēta ⁊ annuluꝫ in manu ⁊ fecit ei
cōuiuiū ⁊ letat⁹ eſt cū oī familia.
Hō iſte de⁹ pr̄ celeſtis eſt q̄ hēt du
os filios bonos ⁊ malos. Mal⁹ ſe
patur ab eo qn̄ pctm̄ ꝯmittit yſa.
lix. Pctā veſtra diuiſerūt inter vos
⁊ deū vīm Venit ī regionē longin
quā .i. poteſtatē diaboli. tūc longe
eſt a dō ſm̄ pš. Longe a pctōrib⁹
ſalus Et ꝯſumit bona ſua male a
deo ſibi collata. hoc fit qn̄ bona na
turalia ſcꝫ ſēſus auditū facūdiaꝫ ⁊
fortitudinem in alias grās ꝯſumit
.f. in ſeruicio dyaboli. tunc incipit
egere .i. diuina grā carere. ꝙ priua
tur omnibus bonis que in eccl'ia
fiunt. Et tunc in ſe reuerſ⁹ .i. de⁹ ho
minē aliqn̄ reſpicit p diuinā grām
immittendo ei aliquam tbulacōeꝫ
que ducit eū ad cognicōem. vnde
dicit̄ fame facta reuerſ⁹ dicit. ſurgā
⁊ agit penitētiam ꝗ̄ Greḡ. Mala
que nos h̄ p̄munt cicius ad deū ire
ꝯpellunt. Et qn̄ incipit redire tunc
deus incipit eū oculis ſue miſericor
die inſpicere ⁊ occurrit ei grām in
fundendo ⁊ cadit ſup collum eius
eū oſculando ⁊ patri reformādo di
cēs Cito pferte ſtolā p̄mā. Quid ē
ſtola p̄ma niſi. ſtatus innocencie

quā illi reſtituitur Et quid eſt ānu
lū in manu eius dare niſi eū amore
diuino deſpōſare. ⁊ tūc facit cōuiui
um magnū. ꝙ gaudiuꝫ eſt angel'
dei ſup vno pctōre penitentiaꝫ agē
te. Exemplū quedā meretrix pub
lica q̄ multis annis diabolo ſeruie
bat. quadā die vidit deportaē cor
pus xp̄i p plateas a ſacerdote. ⁊
genuflexo more ſolito eum adora
bat ⁊ reſpexit eam dn̄s oculis diui
ne miſericordie et mittens ei ꝯtri
cōem ⁊ cognicōem ſui ſtatus que
dixit in corde ſuo. Heu miſera pec
catrix q̄uo audeo ſtare in ꝯſpectu
dei ꝙ oia pctā mea cognoſcit. ⁊ oc
currens cecidit ante ſacerdotem in
lutū cū lacrimis dicēs Domine ihe
ſu chriſte ſi tu es qui natus es ex
maria virgine qui paſſus eſt pro
me miſerere mihi peccatrici ſecun
dum tuaꝫ magnam miſericordiā
Et Ecce vox de pixide dixit. Vade fi
lia mea dimiſſa ſūt tibi omnia pec
cata tua ⁊ noli amplius peccare.
Circa ſecundum nota ꝙ in futuro
videbit dominus malos horribili
ter ⁊ hoc in iudicio extremo. d quo
dicitur in ppoſito. Qꝫ rex intrauit
vt videret diſcumbentes ⁊ vt vidit
ibi hoīeꝫ nō veſtitum veſte nupcia
li .i. caritate Eccl'ſ. ix. Omi tp̄e veſti
mēta tua ſint candida .i. opera tua
ſint munda Jlle viſus valde ē horri
bilis Apoc̄. p̄. Oculi eius q̄i flāma
ignis. De q̄ Aug⁹. Mallent repro
bi ōnes penas inferni ſuſtinere ꝙ̄
facieꝫ irati iudicis vidē Malachie
iij. Quis ſtabit ad videndum eum
ipſe eni ē quaſi ignis ꝯflās Apo

ca. vi. Tūc dicēt montib⁹ ⁊ petris
cadite sup nos ⁊ abscōdite nos a fa
cie sedētis in throno ⁊ ab ira agni
⁊ iudicis. q̄ nūc māsuetus ē sic ag
nus Tūc erit fremēs sic leo Amos
tercō. Quasi leo rugi. quis nō time
bit. Istud figuātū ē Apoc. p. vbi
iohēs vidit xp̄m sedentem ⁊ ex ore
eius pcedebat gladius ex vtraq̄ p
te acutus. p istū gladiū figurat vlti
ma sn̄ia que scindit corp⁹ ⁊ aīam
qn̄ dicit. Ite maledc̄ti ⁊c̄. q̄ tūc ppe
tue ardebit aīa cū corpe vn̄ dixit de
illo q̄ inuētus ē sine veste nupciali
Ligēt ille manib⁹ ⁊ pedib⁹ ⁊ picite
eum in tenebras exteriores ibi erit
fletus ⁊ stridor dencīū hāc visionē
horribilem faciūt pcc̄ā hoīm Gen̄.
vi. Vidēs dn̄s q̄ malicia hoīm es
set in terra ⁊c̄. Delebo inq̄t hominē
quē creaui. glō. q̄ a malicia cessaē
nō ppoīt Jero⁹. Nihil ita impug
nat q̄ cor impenitēs. oīs impenitēs
puocat iudicantē. solū crimen est
qd̄ veniā ↄseq̄ n̄ pt. ſʒ si illū horribi
lem visū volum⁹ pcauere debemus
facere sm̄ q̄ legit̄ in vita spm̄. q̄ q̄
dam frē venit ad āmonē abbatem
d. pī dic m̄ verbū edificatoriū Req̄
re dō. xix. in f. vt qd̄ cogitatis ma
⁊c̄. Jtē vid3 dn̄s elcōs suos delecta
biliter Jo. xvi. dixit ihs̄ discipul
suis recedēs ab eis. vos quidē3 nūc
tristiciā habebitis. iteru3 aūt vide
bo vos ⁊ gaudebit cor vr̄m ⁊ gaudi
um vr̄m nemo tollet a vob̄ Ber. O
bone ihesu si in hoc exilio dulce est
flere doce q̄d erit in sūma pria gau
dere. o q̄ iocunda erit visio illa qn̄
electos suos videbit ⁊ nihil in eis

inueniē qd̄ ocul̄ ei⁹ displicere pote
rit Eccā. xxxiiij. Oculi dei intelligen
tes se. q̄to ergo nūc plus deu3 dili
gim⁹ tāto oculi dei in nos ⁊ oculi no
stri in deū infigūtur Aug⁹. nihil su
aui⁹ nihil amore dei dulci⁹ q̄ quāto
hic fuerit feruēcior tanto visio eius
erit ibi suauior ⁊ q̄to nūc desidera
m⁹ feruenci⁹ tanto intuebimur ip
sum clari⁹ Cui⁹ figurā habe⁹m Re
gū vbi dr̄ q̄ Jonathas veniens su
p vnū p̄tū sup qd̄ multū ceciderat
de melle ⁊ accipiens virgā quā in
manu tenebat itinxit in fauo mel
lis ⁊ comedit ⁊ apti sūt oculi eius.
p ionathā3 intelligiē q̄libet fidel̄ q̄
veniēs ad illud celeste p̄tū gusta
bit de melle dīuitatis. tunc primo
apienē oculi ei⁹ qn̄ cog̅scit deū ple
naria cogniōe nō p speculu3 i eni
gmate sic nūc est. ſʒ facie ad facie3
⁊ salua facta erit tunc anima cuiu
slibet Rogem⁹.

Dn̄ica. xxi. Ser. cxlvij.

# Induite vos ar
maturā dei vt possitis staē
adūsus insidias dyaboli. Eph. vi.
Apl̄s vidēs esse diuersas insidias
siue tēptacōes dyaboli docet nos q̄
liter eis rēsistere debeam⁹. Sciendū
autē q̄ dyabolus multis modis tē
ptat hominē siue insidiat̄. Primo
dyabolus tēptat hominē illo pctō
ad qd̄ vidit homine3 esse magis in
clinatū. sic rex volens impugnare
castrū iuadit i parte debiliori Gre
rius. dyabolus mores vniuscuiusq̄
respicit cui vicio sit ppinquior. et il
la ponit an̄ faciem suā ad q̄ viderit

facilius inclinare mentē. ſicut venā
tor ponit laqueū ſuum vbi beſtie
ſolent magis ambulare. qḋ ↄque
ritur pſ̄. Jn via hac q̄ ambulabā
poſuerūt laqueū michi. Et ideo volēs
dyabolus t̄eptare dn̄m cū videret
eum eſurientē: t̄eptauit eū de gula
Mat. iiij. Si filius dei es dic vt lapi
des iſti panes fiant. Et duos ſenes
quos cum viderat cū frequētarent
domū ioachim ⁊ ↄtemplabant̄ ſu
ſannā que valḋ pulchra erat. tem
ptauit eos p luxuriā Daniel. xiij.
Species decepit te ⁊ ↄcupiſcētia cō
uertit cor tuum Nō hiſtoriā. Simi
li mō t̄eptauit regē dauid p luxuri
am qn̄ vidit eum ocio vacantē. et
berſabee qn̄ ſe lauātem intuebat̄.
ij. Re. xvi. Greg̃. in morali. Jbi ini
micus ſtipulam ponit vbi ſemitā
mentis eſſe ↄſpicit. q illic piculū
deceptionis infert. vbi viā ꝓpinq̄
orē eſſe inuenerit cogitacōis. Exē
plū Quidā frater multū t̄eptaba
tur a ſpū fornicationis. Re. in ſer.
Qui ſe exal. humili. in p̄mo mem
bro. Secūdus modꝰ dyaboli temp
tandi ē. q qn̄ nō p̄t p vnum pcīm
vincere temptat p aliud. ſicut me
dicus q̄ inuitat hominem ad diuer
ſa fercula vt ſaltem vnū comedat
Greg̃. Cōtinua temptacōe pulſat
dyabolꝰ vt ſaltē tedio vincat Ber.
habet antiquus hoſtis mille nocē
di artes. vn̄ ſignificat̄ p turriz da
uid de qua mille clipei ſuſpen debāt.
et ideo mille artifex nuncupat̄. Dy
abolus ei facit ſicut ille rex q̄ volēs
caſtrū cape. qn̄ n̄ poteſt expugna
re ab vna pte ab alia pte temptat.
qn̄ enī non poteſt vincere p vnam
machinā. facit aliam vel terciā. ali
quando ꝓicit lapides. aliqn̄ ignez
vt tandē vincat. Exemplum in xp̄o
quem cum dyabolus vincere non
potuit p gulaz. temptauit p vanā
gloriam. ⁊ cum ſic vincere non po
tuit temptauit per auariciam Sic
adhuc dyabolus ſolet fideles im
pugnare. Jſtud figuratum eſt p̄.
Reguz. xvij. vbi dicitur q golias
occurrit dauid cuz clipeo haſta ⁊
gladio ⁊c̄. Per goliam ſignificat̄
dyabolus qui occurrit dauid ⁊ cu
ilibet fideli cum clipeo haſta ⁊ gla
dio ⁊ cum diuerſis temptacionibꝰ
vt quez vincere nō poteſt pſuaſio
nibus ſaltem vincat terroribꝰ Hu
go. in li. ij. Dyabolus decipe quem
q̄ temptat. priꝰ naturam vniꝰ cuiꝰ
qꝫ ſcrutat̄ ⁊ inde ſe applicat vbi ap
tum hominem ad peccanduz repit
etiam viros religioſos quos non
poteſt vincere p luxuriam. aut aua
riciam temptat eos p vanam glo
riam vel iram vel inuidiam. Exēplū
Quidam monachꝰ deuotus cuz eſ
ſet in oratione vidit dyabolum ve
nientem ⁊ ſaccum magnum portā
tem ⁊ adiurauit eū vt diceret ſibi
quid in ſacco portaret. Qui reſpon
dit. diuerſas pixides in quibꝰ ſunt
diūſa electuaria. at ille Ad q̄d por
tas illas. Qui reſpondit. vt decipi
am monachos iſtos quicūqꝫ non
vult de vna. dabo ſibi de ſecūda de
tercia de quarta et per conſequēs
omnia vt ſaltem ſibi vnum place
at quo cum alliciam et decipiam
et ſic euanuit Tercius modꝰ dy

aboli temptandi eſt q̃ magis ipu
gnat bonos q̃ malos Ecci. ij. Fili
accedens ad ſeruitutē dei ſta in iu
ſticia et timore dei ⁊ prepara aiam
tuā ad temptacōez. q2 tūc magis
homines impugnat qñ ſibi ↄtrari
antur. Greg. Hoſtis noſter quan
to magis nos ↄtrabellare ſibi con
ſpicit. tanto magis impugnare in
tēdit Illos eñ pulſare nō negligit
quos quieto iure poſſidere ſe nō ſē
tit Iſtud figuratū ē in holoferne q̃
impugnauit filios iſrl' ſibi reſiſtē
tes. vñ dixit ad iudith. Ego nunq̃
nocui viro q̃ ſeruire voluit regi ba
bilonis. ſ. nabuchodonoſor Popu
lus aūt tu9 ſi ñ ↄtempſiſſet me nū
q̃ leuaſſez haſtā ↄtra eū Judith.
xi Vñ qñto magis ſanctiores ſunt
homines tanto magis eos impug
nat dyabolus Exemplū quidā ſan
dus tranſiuit p eremū ⁊ vidit ſup
domuz cuiuſdā eremite multos de
mones ſedere. ſed cū veniſſet ad p
ximā ciuitatē. vnum tm̄ vidit. que
ſiuit ab eo quare illic tanti eſſent
et h tantū vnus. Rñdit demon. Ere
mita ille eſt bonus homo ⁊ ideo ibi
multi ſunt demones querentes eū
ſeducere. hic aūt omnes qui ſūt in
ciuitate mali ſunt ⁊ ideo nō indigēt
niſi tm̄ vno cuſtode. Quartus mo
dus temptandi dyaboli ē q2 qñ nō
p̄t hominē ſeducere ⁊ vincere tūc
ceſſat ad temp9. ⁊ qñ homo mini
me ſe cuſtodit ⁊ ſecurus ē tunc inſi
diatur ei ⁊ decipit eum Ecc̄i. ix Bo
na in mala cōuertens inſidiat et i
electis imponit maculaz Exemplū
Lu. xi. vbi dñs dixit Cū immūdus
ſpūs exierit ab homine .i. a tēptaci
one hominis ceſſauerit. ambulat
p loca inaquoſā querens requiez
et nō inuenit ſcdm gregoriuz. Lo
ca inaquoſa ſunt corda iuſtoꝝ q̄
p diſcipline fortitudinez ab omni
carnalis cōcupiſcencie humore ſic
cantur. Tunc dicit Reuertar in do
mum meam vñ exiui ⁊ veniens in
uenit eam vacātem p negligēciaz
ſcobis mundatam ⁊ ornatam. ſ. ſo
lum p exteriorez apparenciā Tūc
vadit ⁊ aſſumit alios ſeptē ſpirit9
nequiores ſe. ⁊ ingreſſi inhabitāt
ibi p cōtinuam ipſi9 temptatonē
⁊ fiunt tunc nouiſſima hominis il
lius peiora priorib9. ij. Pe. p. meli
us eñ eſt non agnoſcere viā iuſti
cie q̃ poſt agnitam retrorſus con
uerti. dicit Greg. in moralib9 Ho
ſtis nr̄ ſua malicia tāta arte ſe pal
liat vt plurimū añ mētis oculos v̄
tutes fingat. vt eā q̄ q̄ſq3 expectat
p̄mia inde etn̄a dign9 eē tmuenire
tormēta Ideo monet nos apl's Rō.
xiij. vt induamur arma lucis .i. opi
bus v̄tuoſis ſibi reſiſtēdo Ier. Sp
aliq̄d boni facito vt te dyabol9 iue
niat occupatū. q2 tūc non audet te
tēptare. Hui9 figurā habem9 in iu
da machabeo. q̄ cū vidit lyſiaz cō
tra ſe venientē cū mlto exercitu iuſ
ſit ſuos armari Cū aūt vidiſſet ly
ſias armatos viros. p territ9. fugit
cū exercitu ſuo. Per lyſiā intelligi
tur dyabolus qui cū viderit iudā .i.
fidelem armatū ⁊ indutū armis v̄
tutum. fugit nec audet appropinq̄
re. q2 dicit' Iaco. iiij. Reſiſtite dya
bolo ⁊ fugiet a vobis. Rogem9.

Domine deſcen
de vt ſanes filiū meū prius
ꝙ moriat̃. Jo. iiij. In hoc euāgelio
legit̃ ꝙ dn̄s ſanauit filiū reguli fe
bricitantē. Et poſſum⁹ notare duo.
Primo ipſā febrem. Scd̄o dn̄m ſanā
tē. Sciendū aūt ꝙ p febrē ſignifica
tur pctm̄ mo̾tale ꝓpt̃ multa. Primo
ſic febris facit hominē debilem ad
opandū. ſic hō ꝙdiu ē in pctō mo̾
li nō p̄t facere opus meritoriū qd
deo placeat. Greg̃. Qui in caritate n̄
eſt omne bonum qd opatur amit
tit. ſup̄. quantū ad premiū eternū
Hoc patet in ſaul qui multa bella
pugnauit p ꝑplo dei. ſed ꝙ i pecca
tis fuit, deo nō placuit. Scd̄o naȝ ſi
cut febris affligit corp⁹ ſic pctm̄ af
fligit animaȝ. pſa. xlviij. Nō ē pax
impijs. Jheremie. xij. Non eſt pax
vniuerſe carni. i. hominiv iueti car
naliter ꝙ ſemp hȝ remorſū cōſcīe.
Scōtra boni hn̄t pacē interi⁹ ⁊ leti
ciā ſpūalē Prou̾. xv. Secura mēs
quaſi iuge cōuiuiū. Yſidor⁹ Nulla
pena grauior ꝙ mala cōſcientia. Vis
aūt nūꝙ fieri triſtis. bene viue. Ri
chardus. Bona cōſcīa nihil ē iocū
dius. nihil ſecuri⁹. p̄mat corpus.
trahat mūdus. terreat dyabolus.
et illa ſecura erit cū corp⁹ morięt̃.
ſecura cū aīa deo p̄ntabit̃. cū vtrū
ꝗ an̄ tribunal iuſti iudicis ſtatu
etur. Tercīo febricitanti cibus eſt
nociuus ꝙ ſano ē ſalutiferus. Sic
cib⁹ corpis dn̄i nr̄i ihū xp̄i qui in
iuſtis eſt cib⁹ ſalutis. fit pctōribus
cibus eterne dānacionis. p̄. Coꝛ.
xi. Qui manducat ⁊ bibit indigne
iudicium ſibi manducat ⁊ bibit.
Aug⁹. De vno pāe accepit iudas
et petrus. ſ; petrus ad vitaȝ iudas
ad mortē. Bern̄. ponit exemplū in
flore. mel fit de flore in apibus. et
venenū in araneis. ſic corpus xp̄i
iuſtis ad ſalutem malis ad eternā
damnacionem. Aug⁹. Magis pec
cant qui tradunt xp̄m crucifixum
peccantibus membris ꝙ iudas ꝗ
tradidit illum crucifixoribus iude
is. De tali materia requiē in ſermo
ne Paſcha noſtrū. Scd̄o notandū
ꝙ domin⁹ ſanauit iſtum infirmuȝ
et ſic ſanat pctōrem trib⁹ modis.
Primo p afflictōnem corpis. Job.
v. Ipē vulnerat ⁊ medet̃. pcutit et
man⁹ eius ſanabit. vel vulnerat ⁊
pcutit corpus ⁊ medet̃ animaȝ. ij.
Coꝛ. xij. Cum infirmor potēs ſuȝ ⁊
fortis in anima. Illud figuratū eſt
in adoleſcēte quem dn̄s ſuſcitauit.
de quo dicit̃. Luc. vij. Cū appropin
quarēt porte ciuitatis ecce efferreba
tur fili⁹ vnicus matris ſue ⁊ tetigit
ihs feretrū ⁊ ſurrexit adoleſcēs. Per
mortuū iſtum ſignificatur anima
mortua in pctīs. Sap̄. xvi. Per ma
liciam occidit homo animā ſuam
Aug. Sicut vita corpis eſt anima.
ita vita anime ē ipſe deus. yſa. lix.
Pctā veſtra diuiſerūt inter vos et
deum veſtrū. Per feretꝝ ſignificat̃
corpus in quo fertur anima. Hoc
tangit de⁹ quando flagellat homi
nem p aliquā infirmitatē. tūc ado
leſcēs mortu⁹ ⁊ anima mortua rſur
git ⁊ ſaluatur. vn̄ legitur in vitas

patū. Qz cū quidā peteret a iohā
ne eremita vt euz a terciana ſana
ret. rñdit Rem tibi neccāriaz cupis
tibi auferri. ſicut enī corpa medica
mentis. ita anime languoib⁹ curā
tur. Exemplum Quidā vſurari⁹ no
luit ab vſurā ceſſare ⁊ cōfiteri. licet
euz vxor ſua multū moneret p mor
tem ⁊ extremuz iudiciū. Cūqz nō p
ficeret rogauit deū vt eum caſtiga
ret ⁊ ſtatim cecus fact⁹ eſt. ⁊ cū mi
nime ſe emēdaret tūc deus fecit eū
infirmari. cūqz cōſuleret medicos.
dixerunt q nō poſſet mortem eua
dere. ⁊ tunc dixit vxori. quid faciaz
modo. que rñdit. voca te mediciz
anime. vocauit ergo ſacerdotez p
mittēs omnia reddere. Cūqz ſacer
dos corpus xpi portaſſet ſurrexit il
le nudus coraz omni populo ⁊ ac
cepit vnum marſubiū ſup dorſum
⁊ aliud ante faciem ⁊ venit ante ſa
cerdotez clamans iudiciū ſup ipm
dixit. O domine de⁹ predo ſui ⁊ ſum
omnibus diebus vite mee miſere
re michi peccatori et fecit ſe virga
cedi a ſacerdote. Cūqz ille ad lectuz
peruenit orauit deum dicens. O do
mine de⁹ ſi miſertus es mihi in ali
quo ſigno peto michi oñdere dig
neris ⁊ ſtati viſum recepit. Iterū di
xit. Oñde mihi ſi digne poſſum cor
pus xpi. ſ. tuuz recipere Et ecce ma
nus de pixide exiens corp⁹ xpi ſibi
obtulit ⁊ ſic fideliter mortu⁹ eſt. Ec
ce patet q dñs ſanat animaz p in
firmitatē. q dicit Ps. Multiplicate
ſunt infirmitates eoꝝ poſtea acce
leraueruñt. Secūdo ſanat dominus
verbo pdicacōis. ps. Miſit verbū ſuū

et ſanauit eos. ſicut figuratū ē Ma
th. viij. vbi dicit q centurio venit
ad ihm dicēs. Domine puer me⁹
iacet in domo paliticus. Sz dic tm
verbo ⁊ ſanabit puer meus. Per
ſeruuz iſtum ſignificatur peccator
qui eſt ſeru⁹ dyaboli Iohan. viij.
Qui facit peccatum ſeru⁹ eſt pecca
ti. Criſo⁹. Anteq peccauerim⁹ liberi
facti ſum⁹. ſi ſemel opibus dyabo
li nos obligauerim⁹ iā noſtra vir
tute euadere non poſſumus niſi di
uina miſericordia adiuuante. ij.
Pet. ij. A quo quis victus eſt eius
et ſeru⁹ eſt. Qui ergo vincitur a dy
abolo p peccatum ſeruus eſt dya
boli ⁊ talis infirm⁹ eſt in anima. q
ſicut infirmus nō poteſt opari. ita
talis non pōt facere opus meritori
um ⁊ talis aliqn ſaluabit p verbū
predicacōis. q ſepe contingit q
peccator in eccīa vnū verbū audit
in predicacōne p qd cōtricionē cō
cipit ⁊ liberatur ab omnib⁹ pecca
tis ſuis. Exemplū Paulus eremita
vidēs homines intrātes eccīam et
inter alios vidit vnū magnū ⁊ tene
broſuz ſic carbonē ⁊ demones duce
bāt eum catenatū ⁊ victū gauden
tes ⁊ pſallētes ⁊ angeli ſequeban
tur triſtes et flentes alonge. Cūqz
verteret ad orationez ⁊ fletū p eo
q viderat. ſurgens ab oratione vi
Marcellian⁹ ⁊ mãcus decollari de
berent pro fide criſti · venerunt pat̃
⁊ mater vxores ⁊ liberi ⁊ oẽs ami
ci flentes ⁊ lamẽtantes miſerabi
liter · pater canos trahens ⁊ veſtes
ſcindens · mater ſciſſa veſte vbera
oſtendens vxores infantulos offe
rentes ⁊ omnia verba quibus eos
mollirẽ poſſent magno clamoꝛe cla
mabant · Cum igitur huiuſmodi
milites molleſcere inciperent acceſ
ſit ſebaſtianus dicens · O fortiſſi
mi milites chriſti nolite per falſa
blandimenta perdere coronam ſe
piternã · putant enim hij ꝙ nõ ſit
alia vita preter iſtam Si enĩꝫ ſcirẽt
aliam vitam mortis ignaraꝫ triſti
cie neſciam ad illam vtiqꝫ vobiſcũ
feſtinarent · Hec vita ab inicio in
ſe credentes non fefellit · dolor quẽ
hic patimur cras euaneſcit · dolor
autem eternus magis renouatur
Cum autem hec ⁊ ſimilia ſebaſtia
n⁹ loqueretur vxor nicoſtrati zoe ĩ
cuius domo fiebant hec cuꝫ loqui
non poſſꝫ quia ſex annis muta fue
rat · amare cepit viam iuſticie ⁊
proſtrata eſt ante pedes ſebaſtia
ni · Tunc ait beatus ſebaſtianus
Si ego verus criſti ſeruus ſum ⁊ ſi
vera ſũt que hec mulier ex ore meo
audiuit ⁊ credidit aperiat os eius
qui aperuit os zacharie · Tunc illa
clamauit dicens Beatus es ⁊ bea
tus ſmo oris tui ⁊ beati qui credũt
his que locutus es · Vidi enim an
gelum dĩ ante te librum tenentem
in quo ſcripta erãt que predicaſti
Tunc vir eius ⁊ amici illorum mili
tum qui eos a fide trahere volebãt
crediderũt ei ⁊ baptiſati ſunt ſexa
gintaſex · Sic patet quomodo per
fidem meruit vitam eternam Secũ
di vero qui ad regnum celorum p

uenīant· ſunt qui pſecutōez patiū
tur· Actu· xiiij Per multas tribula
tōes oportet nos intrare in regnū
celoꝝ· ij· Thimo· ij Si ſuſtinuerimꝰ
conregnabimꝰ· ſi negauerimꝰ ⁊ ille
negabit nos· vn̄ Luc· vlt̄ Oportuit
xp̄m pati ⁊ ita intrare in gloriā ſu
am· Jheronimꝰ· Quis ſāctoꝝ ſine
tribulacōe coronatꝰ eſt· Mat· vij·
Anguſta eſt porta ⁊ arta ē via que
ducit ad patriam ſiue ad vitā etē
nā ⁊ pauci ſūt q̄ inueniūt eā Glo·
Tribulacō ē porta dn̄i p quam ex
iuit de mūdo ⁊ iuſti imitantes xp̄m
intrabunt per eam ad vitam etnā
pſ· Hec porta dn̄i iuſti intrabunt
in eam· ꝰ vitam eternā Eccl̄a· ij· Su
ſtinere ſuſtentacōes dei cōiungere
deo ⁊ ſuſtine vt creſcat i nouiſſimo
vita tua Per hāc portam ſcʒ tribu
lacōis beatꝰ ſebaſtianꝰ intrauit in
vitam eternā· Unde legitur ꝙ dio
clecianus fecit ſebaſtianum ad ſe
duci ⁊ dixit ei Ego te inter p̄mos ſē
per habui ⁊ tu ↄtra ſalutem meā
⁊ deoꝝ meorum iniuriam egiſti·
Qui rn̄t p ſalute tua ſp xp̄ʒ colui ⁊
p ſtatu vrbis romane· conſiderās
ſtultū eſſe adorare lapides· Tunc
iratꝰ imperator iuſſit eum duci ad
medium cāpi ⁊ q̄ſi ſagittam ad ſa
gittandū ligari· Sagittarij aūt eū
ſagittis impleuerūt vt quaſi ericiꝰ
hirſutꝰ videretur ⁊ exiſtimātes eū
mortuum abierunt· poſt hec venit
mulier quedam xp̄iana volēs cor
pus eius ſepelire· inuenit eū viuere
⁊ duxit eū ad domum ſuā ⁊ infra
paucos dies ſanatꝰ eſt· Cumqʒ cri
ſtiani hortarentur eum abire: ille
nolens ſtetit ſupra gradum quē
dam ⁊ venientibus imperatoribus
dixit Adhuc me dn̄s ihs xp̄s reſu
ſcitare dignatus eſt vt vos cōueniā
in iuſto iudicio ⁊ redarguā vos de
veſtris malis que xp̄i famulis ir
rogatis· Tunc imperator iuſſit eū
tam diu ſagittari quouſqʒ ſpiritū
exhalaret· ⁊ ſic p tribulacōez pro
meruit vitam eternam Itē ſi vis
ampliare ſermonē· Require in fe
ſto omnium ſanctorum Rogemꝰ

## De ſcā agnete. F· xx

# Dilectus meus

michi ⁊ ego illi Cañ· ij· In
hijs verbis gloriat̄ btā agnes de
mutua dilectōne que erat inter ſpō
ſum ſuū xp̄m ⁊ inter eam· Sciendū
ꝙ multa ſunt ꝓpter que ſolet deus
hoīez diligere. Primum eſt caritas
Prouer· viij· Ego diligētes me di
ligo· Et qui mane vigilauerit ad
me inueniet me Hoc inuenimꝰ in be
ata agnete· que mane· i· in iuuentu
te ſua deū queſiuit ⁊ id eū inuenit·
vn̄ Amb· tercio decimo ſue etatis an
no· btā agnes mortem pdidit ⁊ vi
tam inuenit Dilexit autem dn̄m in
tantū ꝙ omnia bō mūdi ꝓpter eū
contempſit· Unde de ea ſic legitur
Beata agnes dum in ſcolis reuerti
tur a prefecti vrbis filio adamat̄
qui p̄buit ei p̄cioſiſſima munera
que omnia velut ſtercorā cōtemp
ſit ⁊ dixit ei· Recede a me pabulū
mortis quia iam ab alio amatore
preuenta ſum qui longe nobilior
te eſt ⁊ genere ⁊ dignitate· Cuius
mater virgo eſt Cuius pater femi

nã neſcit· Cui angeli ſeruiunt· Cu
ius pulcritudinem ſol et luna mi
rantur· longe etiam dicior· qꝛ diui
cie eius nūꝙ̄ deficiunt Longe etiã
potentior· qꝛ eius tactu infirmi ſa
nant. Cuiꝰ odore mortui reuiuiſcūt
Cuius amor caſtitas Tactꝰ ſancti
tas· Vnio virginitas· Iſte ãnulo
ſuo ſubarrauit me· dexteram meã
⁊ collū meū cinxit lapidibꝰ p̄cioſ
Induit me cyclade auro texta ⁊ im
menſis monilibꝰ ornauit me Po
ſuit ſignū in faciem meaꝫ vt nullū
preter ipſum amatorem aſſumaꝫ
⁊ ſãguis eiꝰ ornauit genas meas
Iã ãplexibꝰ eiꝰ caſtis aſtricta ſuꝫ·
Iã corpꝰ eiꝰ corpori meo aſſociatū
eſt· oſtendit mihi theſauros innu
merabiles quos mihi daturum ſe
promiſit ſi i eiꝰ amore perſeuerãue
ro· Audiens hec inſanus iuuenis
lecto proſternit ita ꝙ amore egro
taret Cunqꝫ pat iuuenis beate Ag
netis m̄lta promitteret vt filiū eiꝰ
coniugio duceret Reſpondit ſe po
ris ſponſi ſe [illegible] non poſſe violare
Tūc cepit pa[illegible] querere quis eſſꝫ
ille ſpōſus de quo ſe iactaret· Dictū
eſt ei ꝙ criſtum ſponſum ſuum di
ceret· Tunc aggreſſus eſt eaꝫ pri
mo blandis ſermonibꝰ ⁊ inde mi
nis cepit eaꝫ coartare· Ac ipſa ait
Quid vis age· quia quod queris
non poteris inuenire· Sic enim pa
tet quomodo agnes dilexit domi
num Sed propter quod deus dili
git hominem eſt fides id eſt credē
in deum Iohannis· xvi· Ipſe enim
pater amat vos quia vos me ama
tis ⁊ credidiſtis quia a deo exiui Si

ne fide enim impoſſibile eſt place
re deo Beata agnes firmam fidem
habuit· Vnde legitur· Cunqꝫ pre
fectus vim inferre non poſſet quia
nobilis erat· tituluꝫ criſtianitatis
ei appoſuit dicens· vnum ex duobꝰ
elige· Aut ſacrifica dijs noſtris cū
alijs virginibus· Aut cuꝫ meretri
cibus ſcortaberis in lupanari Ag
nes reſpondit· Minas tuas contē
no ⁊ neutrum illorum faciaꝫ Vni
genitus dei filius quem ignoras
defenſor meus eſt ⁊ angelus eius
cuſtos eſt corporis mei· Tunc p̄
fectus iuſſit eam expoliari ⁊ nudã
ad lupanar duci· Tantam eniꝫ dē
ſitatē in capillis eius dominus cō
tulit vt melius capillis quam veſti
bus tegeretur· Ingreſſa autꝫ tur
pitudinis locū· angelū domini pre
parataꝫ inuenit qui locum clarita
te nimia illuminauit· eiqꝫ ſtolaꝫ cã
didam induit· Sic patet fides bea
agnetis· que dum dijs ſacrificare
nollet· nuda ad lupanar ducta eſt
Tercium propter quod deus ho
mineꝫ diligit eſt caſtitas ſiue mū
dicia virginalis Prouerb· xxij· Qui
diligit cordis mūdiciam habebit
amicum regē ſcilicet celeſtem· Vn
de quibus laudibus commendã
da ſit virginitas neſcio narrarē nec
ſufficio Virginitas deum concepit
et peperit· virginitas matrem dei
virginem in commendacōnem ſu
ſcepit virginitas ſola quocunqꝫ ie
rit ſingulari gloria ⁊ honore comi
tatur in celis· Hanc habuit beata
agnes ⁊ ideo chriſtus ſponſus di
lexit eam ⁊ eam in lupanari imma

culatam conſeruauit Vnde legitur
prefecti aūt filius cum alijs iuueni
bus ad lupanar venit ⁊ eos prius
ante ſe immiſit. Qui videntes tātā
claritatem circa eam. territi ⁊ con
pūcti redierunt. Quos ille filius pre
fecti miſeros appellauit ⁊ ad eam
intrans. cum eam vellet tangere in
ipſum lumen irruit. qui cum deo
non dediſſet honorem. ſuffocatus
a dyabolo expirauit. Quod pfectus
audiens cum ingenti ploratu ad
eam venit ⁊ cauſam mortis diligē
cius ſcrutatur. Cui agnes. Ille cu
ius voluntatem voluit perficere. eū
occidit nam ſocij eius viſo miracu
lo conpuncti redierunt illeſi. Cui p
fectus in hoc apparebit ꝙ non ma
gicis artibus hoc egiſti ſi impetra
re poteris vt reſuſcitetur. Orāte au
tem Agnete iuuenis ſurrexit ⁊ cri
ſtum publice predicare cepit. Tūc
enim pontifices idolorum irati cla
mabant Tolle magam Tolle ma
leficam que mentes hominū mu
tat ⁊ animos alienat. Prefectus
autem viſo tanto miraculo eam li
berare voluit. ſed pſcripcionem metu
ens vicarium dereliquit. ⁊ quia eā li
berare non potuit. triſtis abſceſſit.
Tunc vicarius aſpaſius nominē
iuſſit eam in copioſum ignē iacta
re Sed flamma in duas partes di
uiſa populum circūſtantem exure
bat. ipſa autē non ledebatur. Tūc
aſpaſius gladium in gutture eius
immergi precepit. ⁊ ſic ſponſus can
didus ⁊ rubicundus ipſam ſibi ſpō
ſam conſecrauit ⁊ martirem. paſſa
autem eſt vt creditur tempore cōſtā

tini magni. Qui fuit circa ānos do
mini. ccc. ix. Cum autem parentes
eius circa ſepulchrum vigilarent
octaua die apparuerunt eis chori
virginum in veſtibus aureis. inter
quas viderunt beatā agnetem ſimi
li veſte radiantem ⁊ iuxta eam ag
num niue candidiorem ſtantem. Et
dixit agnes. videte ne me quaſi mor
tuam lugeatis ſed congaudete me
cum ⁊ congratulamini. quia cum
hijs omnibus lucidas manſiōes
accepi. Et propter hanc viſionem
celebratur feſtum agnetis. Cōſtan
tina autem virgo filia conſtantini
audiens hanc viſionem que lepra
grauiſſima laborabat tumulum eius
adijt ⁊ ibi dum in oracione perſiſte
ret obdormiuit. viditque beatam ag
netem ſibi dicentem Si in chriſtum
credideris continuo ſanaberis. Ad
hāc vocem euigilans pfectē ſe ſana
tam inuenit. Que baptiſmum reci
piens ſuper corpus beate agnetis
baſilicam fecit. ⁊ ibi in virginitate
degens multas virgines exemplo
ſuo aggregauit. Quidam vir noīe
Paulinus in eccleſia ſancte agne
tis ſacerdocij fungēs officio. mira
cepit carnis tēptacione vexari Sed
cum deum offendere nollet a ſum
mo pontifice licentiā pecijt contra
hendi Cuius bonitatem ⁊ ſimplicita
tem papa conſiderans annulum
ei cū ſmaragdo dedit ⁊ iuſſit vt ima
gini formoſe beate agnetis que in
ſua eccleſia picta erat ex parte ſui
preciperet vt ſe permitteret deſpōſa
ri. Cumque hec ſacerdos imagini im
paret. illa continuo digitum annu

larem porrigēs ⁊ annulo ſuſcepto
retrahens omnē temptacōez a ſa
cerdote fugauit. Predict⁹ aūt ānu
lus adhuc dicitur in digito ei⁹ ap
parere. Item Ambroſi⁹ Beata ag
nes generoſitatis oblectamēta de
ſpiciens celeſtem meruit dignita
tē. Societatis humane vota ꝯtem
nens. eterni regis ſociata eſt ꝯſor
cio precioſam mortem ꝓ criſti ꝯfeſ
ſione ſuſcipiens ſimilis eſt ei facta
Rogemus ⁊c.

De ſancto vincencio ſermo viceſi⁹
primus.

NEmo corona
bitur niſi qui legitime cer
tauerit. ꝟ fidelit. ij. Thi. ij. Verba
iſta bene conueniunt beato vincen
tio qui per longum certamē meru
it coronam eternam. Sciendū ꝙ
corona multis modis adquiritur
Primo per tolerantiam tribulacō
num iacobi. p̄. Beatus vir qui ſuf
fert temptacōem. qm̄ cū ꝓbatus
fuerit accipiet coronā vite. Exem
plum de quodam iuuene qui ſep
tem vicibus temptabatur ſuper cu
ius capite vidit quidam ſanctus
ſeptem coronas. Secūdo adquirit
corona vite ꝑ fidei ꝯſtantiā ſiue ꝑ
ſeuerantiam Apoc. ij. Eſto fidel' ꝟ
in fide conſtans vſqꝫ ad mortē ⁊
dabo tibi coronam vite. non datur
corona incipientibus. ſed in fine fi
naliter perſeuerantibus Ieron⁹. nō
enim incepiſſe ſed perfeciſſe virtu
tis eſt vn̄ paul⁹. ij. Thim. iiij. Cur
ſum ſerui te mee cōſummaui. fidē
ſeruaui ideo repoſita eſt michi co
rona iuſticie. ſic beatus vincētius
vitam conſūmauit ideo meruit vi
tam eternam Vn̄ legitur vincenti
us nobilis genere ſꝫ fide ac religi
one nobilior. beati valerij epi dya
conus fuit cui eps vicem ſuā com
miſerat ꝙ expedicionis lingue erāt
⁊ ipſe oracōni ⁊ cōtemplacōni va
cabat. Iuſſu ergo daciani p̄ſidis
valentiam trahuntur ⁊ diro carce
ri mancipantur. Cumqꝫ eos fame
pene defeciſſe crederet eos corā ſe
duci iuſſit Quos cum ſanos cerne
ret ⁊ gaudentes Iratus in hanc vo
cē prorupit. Quid dicis tu valeri q̄
ſub nomine religionis cōtra decre
ta principum facis predicando ihe
ſum crucifixum Cumqꝫ autē beat⁹
valerius leniter reſponderet. dixit
vincentius. Noli pater quaſi timi
dus mente ſubmurmurare. ſed libe
ra voce exclama. Si autem iubes
pater ſancte. reſponſis iudicē ag
gredior. Cui ille Iam dudum tib
fili cariſſime loquendi curā com
miſeram ⁊ nunc pro fide criſti pro
qua aſtamus reſponſa. committo
Tunc vincentius cōuerſus ad daci
anum actenus inquit. Sermo tu
us de neganda fide criſti fuit. ſed ſci
as nepharium eē apud criſtiano
norū ſapiā cultū diuinū abnegā
do blaſphēare Tūc irat⁹ dacian⁹
epiſcopū in exiliū mitti precepit.
vincentium vero tanq̄ ꝯtumacem
⁊ preſūptuoſum iuuenē ad terro
rem alioꝝ in eculeo diſtenſū mē
bris omnibus dilaniari. Cū āt to
to corpe diſſiparet̄ dixit dacianus
Dic vincēti vbi nunc tuum miſerū

corpus inſpicis. Ac ille ſubridens
ait. hoc eſt qđ ſemꝑ optaui Tunc
iratus iudex cepit ei oīa genera tor
mentoꝝ minari niſi fidē xp̄i abne
garet. Cui vincentius. Inſurge mi
ſera toto maligitatis ſpiritu deba
chare ⁊ videbis me dei virtute plus
poſſe q̄ torq̄or q̄ ipē poſſis q̄ me tor
ques. Tūc preſes cepit clamare ⁊
carnifices virgis ⁊ fuſtibꝰ verbera
re. Et ait vincencius Quid dicis dacia
ne. Ecce tu ipſe me vindicas de ap
paritoribꝰ meis. Tūc preſes factꝰ
amens dixit carnificibꝰ. Miſeri q̄
re nihil facitis. Cur deficiunt ma
nꝰ veſtre Adulteros ⁊ patricidas
vincere potuiſtis ⁊ nunc ſolus vin
cenciꝰ veſtra poteſt ſupare tormē
ta Tūc carnifices pectines ferreos
vſq; ad intima coſtaꝝ fixerūt Ita
vt ꝺ toto corpe eius ſanguis efflu
eret ⁊ ſolutis coſtarū compagini
bus viſcera intra paterent. Et ait
pſes. O vincenti miſerere tui vt poſ
ſis tam pulchrā recupare iuuentu
tem ⁊ fac que iubeo ne maiora inſe
ram tibi tormēta. Et ait vincenciꝰ
O venenoſa dyaboli lingua tormē
ta tua non timeo. ſed hoc ſolū val
de timeo q̄ te fingis mihi miſereri
Nam quo te magis iratū video eo
amplius exulto. Nolo autē vt ali
quid de ſupplicijs minuas vt victū
te in ōmibus fatearis Tunc iuſſit
eū de eculeo ſumi et ſup craticulā
aſſari. quam ipſe ſponte aſcendit.
Miniſtri autem vncis ferreis eum
cōpreſſerunt ⁊ corpus eius vndi
q; vulnerauerunt Sal inſuper ſpar
ſerunt. ⁊ viſcera de corpore eius la
tencia dependerunt. Ipſe autē ere
ctis in celum oculis dominum ado
rauit. ¶ Cumq; miniſtri hec daciа
no retuliſſet Ait dacianꝰ Heu vin
cimur. ⁊ iuſſit eum in tenebroſum
carcerē includi ⁊ pedes eius ligno
infigi ⁊ teſtas acutiſſimas ſub eo
poni ⁊ ſine omni humano ſolacio
ſup teſtas relinquere. quod factū
eſt. Sed ecce rex pro quo miles pa
titur penam mutat in gloriam. nā
tenebre carceris ab immenſa luce
expelluntur Teſtarum aſperitas in
omnium florum ſuauitatē muta
tur. pedes diſſoluuntur ⁊ angeloꝝ
ſalutacōne pfruit. Cumq; cum an
gelis pſallens ſuper flores incede
ret. modulacio dulcis ⁊ mira ſua
uitas foris procul diffunditur. per
territi cuſtodes. cū p rimas carce
ris quod intus erat vidiſſent. ad
fidem conuerſi ſunt. Hec audiens
dacianus amens factus ait Et q̄d
ei amplius faciemus. Ecce enī iā
victi ſumus transferatur ad lectū
et ſtramentis mollioribus repona
tur ne per tormenta magis glorio
ſus efficiatur. Cumq; in lecto poſi
tus eſſet ⁊ ibidem paululum quie
uiſſet ſtatim ſpiritum tradidit.
Circa annos domini cclxxxvij. ſb
dyocleciāo ⁊ maximiano. Quo au
dito dacianus vehementer ſic ſeui
ctum dolens ait. Si nō potui eū ſu
pare viuentem puniā eū defunctū
Iuſſu ergo daciani corpꝰ eius ad
campū ab auibꝰ ⁊ beſtijs ad deuo
randū exponit. Sꝫ ſtatī angeloruꝫ
cuſtodia premūit ⁊ intactum a be
ſtijs conſeruatur. Denique coruꝰ in

glūuici reditꝰ alias aues ſe maio
res impetu aliaꝝ abegit ⁊ lupum
occurrentē morſibꝰ ⁊ clamoribus
effugauit q̄ reflexo capite in aſpe
ctu corpis ſacri fixꝰ cernit̄ vt pote
qui ibidem angeloꝝ cuſtodia mu
niebatur. Qd audiens dacianꝰ ait
Puto ꝙ nec defunctū potero ſupa
re Juſſit ergo lapidē molarē ad
corpꝰ eius ligare ⁊ in mari proici.
Quod cum factū eēt. ſtatim cor
pus eius ad litꝰ redijt priꝰ ꝙ̄ illi
qui eum ſubmerſerant. quod que
dam domina inuenit ⁊ honorifice
ſepeliuit. De hoc martire ſic dic̄ Au
gꝰ. Beatꝰ vincenciꝰ vicit in verb.
vicit in penis. vicit in cōfeſſione.
vicit in tribulacōne. vicit exuſtꝰ.
vicit ſubmerſus. vicit ortus. vicit
mortuus. Ambroſiꝰ in prefatione
ſic ait de ipſo. Torquetur vincenci
us. tūditur. flagellatur. exurit̄. Sꝫ
inuictus pro ſācto nomine animꝰ
non concutitur. plus ardens igne
celi ꝙ̄ ferri. plꝰ necit̄ amore celi ꝙ̄
ſeculi. plus voluit placere deo ꝙ̄ fo
ro. plus dilexit mori mūdo ꝙ̄ dn̄o

In conuerſione ſancti pauli.
Sermo. xxij.

Vas electionis
eſt michi iſte vt portet no
men meum Actuum. ix. Poſt paſ
ſionē domini facta eſt pſecucō ma
gna in xpianos ⁊ iudei apprehendē
tes beatum ſtephanū lapidabāt
eum. ⁊ beatꝰ paulus qui tūc ſau
lus dicebatur lapidanciū veſtimē
ta cuſtodiebat. H pecijt epiſtolas
a principe ſacerdotum qui erat in
ihrl'm vt iret in damaſcū. ⁊ ſi ibi
aliquos chriſtianos inueniret vin
ctos perduceret in ihrl'm. Et cum
appropinquaret damaſcum. circū
fulſit eum lux de celo ⁊ cadēs in ter
ram audiuit vocem dicentem ſibi
Saule ſaule q̄d me pſequeris Qui
dixit. q̄s es domine? Et ille. ego ſuꝫ
iheſus nazarenus quē tu pſeque
ris. durum eſt tibi cōtra ſtimulum
recalcitrare Et tremens ac ſtupēs
dixit. Domine quid me vis facere?
q̄ſi diceret. indica michi volunta
tem tuā ⁊ paratus ſum tibi obedire.
Ad quē dominꝰ. Surge ⁊ ingrede
re ciuitatem ⁊ ibi dicetur tibi quid
te oporteat facere. viri autē q̄ comi
tabant̄ eū cum eo ſtabāt ſtupefa
cti. Audientes q̄dē vocem ſauli ſꝫ
neminē viderūt p manꝰ autē eū po
ſtea trahentes introduxerūt eum
in ciuitatem damaſcū. ⁊ erāt tribꝰ
diebus non mādutās neqꝫ bibēs
neqꝫ videns. In quo triduo credit̄
didiciſſe a ſpū ſancto euāgelium.
Erat autē damaſci diſcipulus xpi
anus noīe ananias ⁊ dixit ad eū
dn̄s in viſu. ⁊ in viſione. vade ⁊ q̄re
ſaulū. Cui ananias. dn̄e audiui a
viro hoc q̄nta mala fecerit hijs qui
credunt in noīe tuo. Ad quē dn̄s.
vade. q̄r vas electionis ē mihi iſte
⁊. vas electū vt portet nomē meū
corā gentibꝰ ⁊ regibꝰ ⁊ pp̄lis iſrl'.
Abijt ergo ananias ⁊ dixit. ſaule
frat̄ dn̄s ihc q̄ tibi apparuit in via
me miſit ad te vt videas ⁊ implearis
ſpū ſancto Et cum baptiſaret̄ ceci
derūt de oculis eius tanꝙ̄ ſquame

et viſum recepit et continuo intra
uit ſinagogam et predicauit ihm
quoniam ipē eſt xps. Et cū inſidi
arentur ei iudei et vellēt eū occidere
xpiani eum ſubmiſerūt p murū et
ſic euaſit et veniens ihrlm coniunct9
eſt aplis. Sciendum autē circa p̄
dicta q hoc nomen bn̄dictum ihe
ſus portandū eſt corde ore et ope.
Corde de ipō ſedule cogitando. Ore
de ipō libēter referendo. Ope omīa
opa nrā in nomine ipſius faciēdo
Debem9 aūt hoc nomen portare ꝓp
ter tria. Primo q preſtat dulcedi
nem meditantib9 in deuocione Se
cūdo q dat fortitudīnē inuocanti
bus in tribulacione. Tercio q ſa
nat egritudīnē infirmantibus in
inuocacōne Primo aūt hoc nomē
habendū eſt in corde q dat eternā
dulcedīnē omnib9 deuote meditā
tibus Bern. Ihesus eſt mel in ore
melos in aure. iubilus in corde. Ri
chardus de ſancto victore. Ihesus
eſt dulce nomen ſup omne delecta
bile Bern. Si ſcribis non ſapit mi
hi niſi legerem ibi ihesū. Si diſpu
tes vel conferas non ſapit michi
niſi ſonuerit ibi ihesus quaſi dice
ret. omne quod ſcribi poteſt vel le
gi non dat aliquā dulcedīnem mi
chi niſi audiero hoc nomē ihesus
Hui9 benedicti nois dulcedīnē ſen
ſerat beatus paulus. q frequēter
hoc benedictū nomen p̄dicauit et i
ſuis eplis ſcripſit. Legitur enī hoc
nomē ihesus quīgentis vicibus in
eplis ſuis noiaſſe Secūdo debe9 hoc
benedictū nomē portare in corde. q
dat fortitudīnē oibus inuocātib9
in tribulacōe. vnde Ber. Ihs eſt ci
bus confortās. nā totiēs confortaris q
ciens recordaris. q. d. vtique ihesus
hoc benedictū nomē ē cib9 ſpūalis
omnib9 inuocantibus illud. ita q
nulla tribulacōe homo ſeparari pt.
nullo mō ſancti martires et virgines
potuiſſent tantas penas ſuſtinuiſ
ſe niſi hoc nomen ihesus quod in ore
et corde portabāt eos confortaſſet. vnde
Legitur Actu. v. de apoſtolis. Cū
nomē ihesu xpi predicarent addu
cti ſunt ad conſilium et flagellati ſūt
et ꝓhibiti ne omino hoc nomen p̄
dicarent Ibāt aūt gaudētes a cō
ſpectu conſilij. qm̄ digni habiti ſunt
ꝓ noie ihesu cōtumeliā pati. Ber.
Multi iuuenes ſenes virgines et mu
lieres elegerunt magis mori mille
mortibus q̄p a confeſſione illi9 no
minis amoueri. Vnde ait paulus
Actuum xxi. Ego nō ſolum alliga
ri. ſed etiam mori paratus ſum ꝓp
ter nomē domini mei ihesu chriſti.
Quomodo enim beatus paulus po
tuiſſet tanta ſuſtinuiſſe niſi hoc no
mē ihesus eū confortaſſet. vnde ait
ad Philip. iiij. Omnia poſſum in
eo q me confortat. et num erat mul
ta que paſſus eſt dicens Ter vir
gis ceſus ſum. ſemel lapidatus ſū.
quinquies quadragenas vna mi
nus accepi naufragia ꝑtuli et mul
ta alia ſuſtinuit. Tandē cū nomen
xpi p iudeā p̄dicaſſet et p greciā. ve
nit romā et cum ibi predicaſſet no
mē xpi comprehenſus eſt a nerone et
iuſſus ē decollari Cūque caput eius
amputatū eſſet cadēs in terram cla
mauit. ihesus chriſtus tribus vici

bus ⁊ facti ſũt tres fontes. Ecce q̇d
ſibi tã dulce in vita extiterat ĩ mor
te obliuiſci non poterat ⁊ pſiliens
ſecũdo clamauit. Et pſiliens tertio
clamauit ihesus xp̃s. In quib9 lo
cis mox tres fontes ſaliebãt. Ter
tio debem9 hoc nomen ihesus porta
re corde. ore. et opere. Quia ſanat
egritudinẽ corporalem et ſpũalez.
Bern. Jhesus eſt medicina ĩfirmã
tibus taz in corpe q̃ in anima. De
primo dicit̃ Marci vltimo. Signa
eos q̇ in me crediderint hec ſequẽ
tur. In nomine meo demonia eijci
ent. ſup egros manus imponẽt et
bene habebũt. vnde legit̃ Actu. iij.
Qz claudus quidaz iacebat ante
portas templi. cuz peteret elemoſi
nã a petro ⁊ iohãne dixit ei petrus
In nomine ihu xp̃i ſurge ⁊ ambu
la et factũ eſt. Et cum petrus inter
rogaret̃ur a iudeis a qua poteſtate
hoc feciſſet. Rñdit q̇ in virtute no
minis ihesu xp̃i eũ ſanaſſet Bern.
hoc eſt nomẽ q̇d dedit cecis viſuz.
ſurdis auditum. claudis greſſum
mortuis vitã. ⁊ dyabolũ ab obſeſ
ſis corporib9 fugauit. Et non ſolũ
ſanat in corpe ſed etiam in anima
Vñ dicit petrus Actuũ. x. Omnes
pphẽ phibent remiſſionẽ peccato
rũ accipe p hoc nomẽ ihs. ſaluat
enĩ omnes q̇ credũt in eũ p̃. Joh.
ij. Filioli mei q̇ remittunt̃ vob̃ pec
cãta vrã p nomẽ ei9 Actu. iiij. non
eſt in aliq̇ alio ſalus nec ẽ aliud no
mẽ ſub celo hominib9 datũ in quo
oporteat ſaluos fieri niſi i hoc noĩe
ihesus Et ſũt v̓ba petri Ber. Quis i
crimẽ currit inſup ad laqueũ mor

tis deſperando. nonne ſi inuocet no
men vite. ſ. ihesu confeſtim reſpira
bit ad vitã Pś. ppter nomen tuuz
dñe ppitiaberis pctõ meo. multũ ẽ
enĩ. Exemplũ. In britania erãt que
dã monialis q̇ in cõſuetudine ha
bebat nomen ihesu xp̃i ſedule no
minare. que tandẽ p quẽdaz iuue
nem ſeducta erat q̇ cum ea deliq̇t
et facta eſt publica meretrix plus
q̃ duodecĩ ãnis. Et q̃uis publica
peccatrix eſſet tñ hoc ex cõſuetudi
ne habebat hoc nomen ſedule no
minare Inſup in ſabbis in honore
btẽ marie virginis abſtinebat In
quadã aũt vigilia purificacõis vo
lens ſe abſtinere dormiuit cuiuſdam
viri ſecrete intrauit ⁊ obdormiens
videbat̃ ſibi q̇ ducere ad iudiciũ
et vidit q̇ddam templũ bte virgi
nis quicũq3 ad hoc cõfugeret ſalua
bat. q̇ aũt non fuerat pmiſſus in
trare piciebat̃ in magnũ ignẽ Ac
ipa cõfugiens ad templũ ⁊ cuz in
trare vellet occurrit ei ihesus in ho
ſtio ⁊ retruſit eaz et pcepit eã pici
ad ignẽ. Et cuz piecta fuiſſet iterũ
clamauit ihesus xp̃s qñ ſic graui
ter torqueret̃ ⁊ fortiter inuocaret
ihesum. dixit beata virgo ad filiuz
O fili dilectiſſime miſerẽ huic pec
catrici. memorãs q̇ nomẽ tuũ ſe
dule inuocare cõſueuit ⁊ q̇ feſtiui
tates meas honorauit. Tunc fili9
mitigatus iuſſit eam detrahi ⁊ di
mitti. Mulier autem in ſomnis tã
tum fletum ⁊ clamorem fecerat q̇
omnem familiaz excitauerat. que
venientes inuenerũt eã combuſtaz
ita q̇ totuz corpus eius fuerat tã

q̄ꝫ carbo niger. ⁊ interrogata cur il
lic venisset. ipsis totam seriē enar
rauit et semꝑ in gracia ꝑmanens
vitam in bono finiuit.

## In purifica. b. marie. F. xxiiij.

Ecce veīt ad tē
plum sanctū suū domina
tor dn̄s Malach. iij. Nō q̄ triplex
est templū. s. singulare materiale
et spirituale. Templū singulare ē
vterus beate virgīs marie Ad hoc
templū domin⁹ venit q̄n humanā
naturā assumpsit. De hoc templo
dicit ps̄. Sanctū est templū tuum
mirabile ī eq̄tate. q. d. O dn̄e h⁹ tē
plū q̄d elegisti tibi ī vtero v̄ginis.
valde mirabile est ⁊ sanctū dicit
idō mirabile q̄ꝛ illum in se inclusit
qui maior ea fuit. s. dominum celi
et terre quem totus mundus non
capit. vnde ipa dixit Ecclesiasti. xx
iiij. Qui creauit me requieuit in ta
bernaculo meo. Sanctū fuit quia
ꝑ spiritūsanctum cōsecratum fuit
Bern̄. O templum sanctissimū per
spm̄sanctum sanctificatum. ꝑ filiū
ornatum ꝑ patrem glorificatum.
plenum omnium graciarū. Tem
plum istud cōsecrauit spiritussan
ctus quādo archangelum gabrie
lem ad beatam virginē misit et cō
cepcōnem suā nunciauit. Cōsecra
uit autē eodem modo quo ep̄s tem
plū materiale solet cōsecrare quī
tribus vicib⁹ circuit. et ter pulsat
ad hostium dicens Tollite portas
principes vestras. quasi diceret. O
principes tenebrarū. deponite pote
states vestras ⁊ fugite ab hoc tem
plo vt fiat templum ⁊ habitaculū
spiritussancti sed nō aperitur ei ni
si in tercia pulsatione. hoc mō an
gelus primo pulsauit ad templū
beate virginis q̄n eam salutauit ⁊
dixit. Aue gracia plena ⁊c̄. Sed ip
sa in hac p̄ma pulsacione nō ape
ruit hostiū cordis sui ⁊ n̄ ꝯsensit. ꝫ
turbata in sermone eius ⁊ āmira
batur de tam insolita salutacione
angeli. quia sepius angelos vide
bat. sed nūq̄ꝫ talia loquē tes audi
erat. ⁊ ideo cogitabat qualis essꝫ
illa salutacō Tunc pulsauit ange
lus secūdo ad hostium cordis sui di
cēs. Ne timeas maria iuenisti eñ
graciā apud dominū. Ecce cōcipi
es ⁊ paries filiū ⁊ vocabis nomen
eius ih̄m. hic erit magn⁹ ⁊ fili⁹ al
tissimi vocabitur. Ipsa eñ ad illā
secundā pulsacionem adhuc nō
aperuit. sed dixit. quō fiet istud ⁊
ꝑ quē modū possum ego cōcipere
filiū. q̄m virū nō cognosco. Tunc
angelus tercō pulsauit dicēs spūs
sanct⁹ supueniet in te ⁊ v̄tus altissi
mi obumbr̄bit tibi ⁊ filius altissi
mi assumet corpus a te. in quo cor
pore obumbrabit ⁊ abscōdet. vn̄
ps̄a. xlv. Vere tu es deus abscondi
tus Ideo q̄ꝛ ⁊ q̄d nascet ex te sanctū
vocabit fili⁹ dei. Tunc ad terciam
pulsacionē ap̄uit hostium sui cor
dis ⁊ cōsensit dicēs. Ecce ancilla do
mini fiat mihi s̄m verbū tuum Et
statī fili⁹ dei in eius vtero cōcept⁹
est ꝑfectus deus ⁊ ꝑfectus homo.
Et in illa die tante potencie ⁊ sapiē
cie extitit quante in tricesimo āno

fuit. Poſtq̄ aūt eps aliqđ templū
conſecrauit. tunc ꝓhibet ſub pena
excōicacionis ipſi⁹ violacionē. fa
ciens pacē hominib⁹ inhabitanti
bus ita q̄ oēs maleficī q̄ ad ipꝫ
confugiunt a ſuis inimicis ſecuri
ſint. Eodē mō ſpūſſanctus hoc tem
plum cōſecrauit ⁊ pacificauit. ita
vt oēs pctōres quātumcūq; deū
offenderūt. ſi ad ipm cōfugerint ſi
ne dubio pacem inuenient ⁊ ab ho
ſtibus ſuis ⁊ dyabolis ſecuri erūt.
Vnde dominꝰ. pſalie. xvi. Apud te
habitabunt ꝓfugi mei ⁊ pctōres
qui fugerūt a me peccādo inuenient
graciam ad te cōfugiendo. Augꝰ.
O beatiſſima virgo maria. ſic om
nis auerſus nec̄ eſt vt pereat. ita
omnis ad te cōuerſus impoſſibile
eſt vt pereat. Anſelmꝰ O btā fidu
cia tu es refugiū tutū miſerorū pec
catoꝝ Bern̄. O beatiſſima v̄go ma
ria quis tuā miſericordiā ad ple
num enarrare pōt. ꝗ pctōrem q̄ñtū
libet fetidū ⁊ imundū ⁊ toti mūdo
deſpectū nō deſpicis nec deſeris. ſed
tremēdo iudici miſerū recōcilias
Exemplū apud ciliciā anno dn̄i.
lxxiiij. fuit vir quidā nomine theo
philus cuiuſdā epi vicedn̄s. q̄ tam
prudēter ſb̄ epō res eccleſiaſticas
diſpenſabat. q̄ mortuo epō eū di
gnū epiſcopatu omnis pplꝰus ac
clamabat. At ille vicedn̄iatu cōten
tus aliū in epm maluit ordinari.
Tandē ab offitio p epm ſuum eſt
depoſitus ⁊ in tantam deſperacōnē
delapſus vt ad ſuam dignitatem
recipiendā cuiuſdā iudei maleſi
ci cōſilium expeteret Ille ergo dy
abolum aduocauit. Aduocatus ē
etiam theophilus qui iuſſu demo
nis xpm ⁊ ſuam matrem ⁊ omnes
ſanctos dei abnegauit ⁊ xpiane re
ligioni renunciauit ⁊ ſup hoc chy
rographum ſcripſit ⁊ dedit demo
ni et ſigillauit In craſtinum ergo
procuracōne demonis theophilꝰ
in graciam epi recipitur et priſti
ne dignitati reſtituit Tandē ad ſe
cōuerſus de eo quod fecerat valde
ingemuit ⁊ ad virginē glorioſam
tota mētis deuocōne cōfugit. Qua
dam ergo vice ſibi in viſione appa
ruit beata virgo ⁊ de facto eum re
darguit ⁊ dyabolo renunciare pre
cepit ⁊ xpm dei filium ⁊ oē xpiaitatis
ꝓpoſitum cōfiteri fecit. ⁊ ſic ipſum
in filij ſui graciam recipauit ⁊ ad
iudicium venire eum pūtauit Ite
rū ſibi apparuit ⁊ chyrographū
quod dyabolo dederāt ſibi reddidit
et ſupra pectus ſuū poſuit. Quod
factum theophilus ad laudem be
ate marie virginis omnib⁹ mani
feſtauit ⁊ in ſeruicio eius pſeueā
uit Item aliud exemplū. Abbatiſ
ſa quedā beate virgini valde deuo
ta a ſpiritu fornicacōnis temptatē
et tandem vincitur ⁊ a iuuene quo
dam impregnatur. Illa vero cum
grauida eſſet ſup modum turba
tur neſciens quid faceret ⁊ quo ſe
diuerteret tandem beate virgini ſe
totam cōmiſit Cum autē ad epm
ꝑgeret eo q̄ ſibi eēt accuſata qđ
dā templū btē v̄ginis ptrāſiens in
trauit ⁊ an̄ ymaginē btē v̄ginis ſe
ꝓſternēs orās ⁊ miſerā peccatricē
ſe cōfeſſa eſt dicens. O beatiſſima

mater miſericordie nullum ſcio ad
iutorez ex quo grauiſſime offendi
meum creatorem confugio ad con
ſilium gratie tue. Quo ſecurius fu
giam niſi ad te. q̄ mater gratie et
miſericordie appellari meruiſti. Su
ſcipe ergo me miſeram ad te confu
gientem ꝓpter amorem filij qui te i
matrez p̄elegit. Cūq; hec et ſimilia
ꝓferret. vidit beatam virginē cum
multitudine angelorum aſſiſtētez
et dicentem. Surge filia iā ſecura.
nihil mali patiaris ⁊ amplius no
li peccare. Et hec dicens puerum đ
eius vtero accepit ⁊ vni angeloruz
tradidit dicens. Defer puez hunc
ad talem eremitam dicens ei. Hūc
puerum mittit tibi mater dei. ⁊ ſic
euigilans abbatiſſa inuenit ſe per
omnia liberatam ⁊ leta veniens ad
epiſcopuz. cum accuſaretur nega
uit ſe puerum geſtare. et fecit epſ
hoc diligenter per matronas per
ſcrutari. que dixerunt eam nulluz
puerum in vtero portare. Et iratus
epiſcopus voluit populū grauare
ꝙ ipſam diffamaſſent. Ipſa autē
hoc epiſcopo ad laudez beate virgi
nis marie ⁊ ſolacium peccatorum
omnibus narrauit ⁊ intrans epſ
miſit ad illum eremitam ⁊ inuenit
puez ⁊ beata virgo maria ore om
niū collaudabatur. Secūdo venit do
minus ad templum materiale qđ
erat in iheruſalem đ quo inuenies
in ſermone ſequenti. Tercio venit
ad templum ſpirituale ſcilicet ad
animam iuſti quā ſibi ſpiritusſan
ctus in baptiſmo cōſecrauit expel
lens ab eo dyabolum vt ipſe in eo

habitare poſſit quando dicit ſacer
dos Exi ab eo immunde ſpūs da lo
cum ſpūiſancto Et ſicut epūs cōſe
crans eccleſiaz ter pulſat ad hoſti
uz ſic ſacerdos ter pulſat anteꝙ pu
erum immergat Primo dicit. Abre
nūcio ſathane ⁊ pompis eius. Se
cundo dicit Credis in deuz patrem
omnipotētem in filiū ⁊ ſpm̄ſanctū
Tertio querit vis baptiſari. ⁊ re
ſpondent patrini. volo. tunc bapti
ſat eū immergendo In nomine pa
tris ⁊ fi. ⁊ ſ. ſ. Et tunc anima bapti
ſati ē facta templuz ſpūſſancti. vñ
apl's p̄. Cor. iij. Neſcitis ꝙ tēpluz
dei vos eſtis ⁊ ſpūſſanctꝰ habitat
in vobis. In iſto templo debent eē
multa ſpiritualiter que inuenimꝰ
in ipſo templo materiali In tēplo
iſto debet eſſe altare bene ornatum
ꝟ munda ⁊ ornata cōſciēcia De hoc
altari legitur Leuit. vi Ignis in al
tari meo ſemper ardebit quem nu
triet ſacerdos ſubiciens ligna ma
ne ⁊ veſpere p ſingulas orationes.
vnde Gregorius. Altare dei eſt cor
noſtrum in quo ardere debet ignis
caritatis quem veſpere et mane nu
trimus dum chriſtum mane iudi
catum ⁊ veſpere crucifixū recolimꝰ
Sacerdos iſte eſt memoria anime
Iſte ſacerdos auget ⁊ nutriet ignē
veſpere quando cogitat quanta de
us pro nobis ſuſtinuit qui veſpere
propter nos turbatꝰ fuit vſq; ad
mortez Iſte ignis ſcilicet caritatis
eſt qui ardere debet i altari cordis.
videat autē quilibet quomō nutri
at illum ignem in altari cordis ne
imponat aliū ignē ne cōtingat ſi

uit nabad ⁊ abner Qui cū offer
rent alienū igneȝ corā domino ex
tincti ſunt ab igne ⁊ mortui ſūt vt
dicitur Leuit·x·Igneȝ alienū offe
runt qui ignem rancoris ⁊ inuidie
in cordibꝰ ſuis hñt que nō vult do
minus offerri in altari ſuo Math·
v·Si offers munꝰ tuū ad altare et
recordatus fueris ꝙ frater tuꝰ ha
bet aliq̄d aduerſuȝ te·relinque ibi
munꝰ tuum et vade priꝰ recōciliari
fratri tuo ⁊ veniens offer munꝰ Ig
nis inuidie ſiue odij cōſumit illuȝ
qui ipm̄ offert Criſoꝰ·Inuidia eſt
ignis inextinguibilis·ꝙ ſic tinea
comedit veſtimēta ſic inuidia ꝯſu
mit illuȝ q̄ zelatur·De talibꝰ qui p
ignem inuidie accendūt templuȝ
dei·dicit pš·Incenderunt igne ſan
ctuarium tuū ⁊ in terra polluerūt
tabernaculum tuum ⁊ templuȝ no
minis tui·Vñ apoſtolꝰ ⁊ Corin·
iij·Si quis templū dñi violauerit
p maliciam·diſpdet illum dominꝰ
p mortem eternam Scdō debet eſſe
in templo amme crucifixus·p qd
ſignificat memoria dñice paſſiōis
Tercio debent in illo templo eſſe
ymagines·p quas ſignificantur·
ſanctoruȝ exempla.Exemplū hu
militatis habemꝰ in xpō q̄ dicit·Ex
emplū dedi vobis vt queadmodū
ego feci ⁊ vos ita faciatis·Exēpluȝ
caſtitatis habemꝰ in maria vgine
Exemplū ſanctitatis habemus in
iohanne baptiſta Exempluȝ orati
onis in beato iacobo·Exemplū pa
ciencie in beato vincēcio Exemplū
pnie in beata maia magd·Exēplū
cōfeſſionis in beato auguſtino et
ſic d ſimilibꝰ ſanctis q̄ diuerſis pol
lebant virtutibꝰ·Quarto debet eē
in templo aqua benedcā·p quā ſi
gnat aqua ꝯpunctionis lacrima
rū·Quinto incenſū deuote oratiōis
pš·Dirigat ad te dñe oratio mea
ſicut incenſū in cōſpectu tuo·Notā
dum ē circa purificationē ꝙ dñs
precepit Leuit·xij·Qȝ mulier q̄ ſu
ſcepto ſemine filiū pepiſſet·immū
da erat ſeptē diebꝰ a conſorcio ho
minū ⁊ ab ingreſſu templi·Sed cō
pletis diebꝰ ſeptē mūda erat quo
ad conſortia hominuȝ·ſed adhuc
ad triceſimū diē immunda mane
bat quo ad ingreſſuȝ templi·Tā
deȝ ꝯpletis·xl·diebꝰ pꝰ ptū die·xl·
templū intrabat ⁊ puerū cuȝ mu
neribꝰ offerebat Si autē feminaȝ
pepiſſet duplicabantur dies quo
ad conſorcium hominuȝ ⁊ quo ad
ingreſſum templi·Beata autē vgo
maria huic purificationi nō tene
batur·Quia nō pepercāt ſuſcepto
ſemine·ſed miſtico ſpiramine Vo
luit auteȝ ſe ſubdere legi vt nobꝭ ex
empluȝ humilitatis oſtenderet et
vt legem domini adimpleret·

¶De eodem· ſer·xxiiij·

Tota pulchra
es amica mea ⁊ macula nō
eſt i te·Cantico·iiij·Quoniā feſtū
iſtud vocatur feſtū purificationis
beate marie·vt oſtendat eam ſpi
ritus ſanctus totam eſſe mundam
⁊ nulla purificacōne indigere·ideo
cōmendat eaȝ in verbis propoſitis
de pulchritudine et puritate ſua·

non eñ ꝯmendat eam de pulchri
tudine exteriori. quia illa non eſt
neceſſaria ad ſalutem. Sed de pul
chritudine interiori que eſt in ani
ma Conſiſtit eñ pulchritudo ani
me in virtutibꝰ. Sciendū aūt ꝙ be
ata virgo habuit multas v̓tutes
que faciebāt eā pulchrā in aīa.
Prima fuit caritas. ſcḋa caſtitas.
Iſte due r̄ddūt deo aīaȝ pulchraȝ
et acceptaȝ ſap. iiij. o q̄ꝫ pulchra
eſt caſta generacō cū caritate. Ca
ritatē pfectā habuit beata virgo
ad deū ⁊ ad ꝓximū. Qȝ caritatē ad
deū habuit patet ex eo. ꝙ manda
ta dei a iuuētute ſeruauit. qḋ eſt ſi
gnū amoris diuini Io. xiiij. Si qs
diligit me ſermonē meum ſerua
bit ⁊ mādata. In hoc patet ꝙ deū
dilexit. ꝙ libenter ꝓ eo mortē ſuſti
nuiſſet ſi deo placuiſſet Bern. Tāta
vis amoris maīe mentem accende
rat. vt fugientibꝰ diſcipulis cū la
crimis affigit animā ſuam crucia
ſi minime potuit tamen expoſuit.
quia parata fuit mori. Qȝ aūt dilecti
onē ad ꝓximum habuit patet ex
hoc. ꝙ filium ſuum morti ꝓ ſalute
generis humani expoſuit. Bernh
Habuit beata virgo filium crucifi
gi q̄ꝫ genꝰ humanū perpetue ſi libe
rari Origenes. Quid de amore bea
te virginis dicam que filium ſuum
vnicum amabat tā ardenter ꝙ ne
ſcio eſtimare. hec tamen pia v̓go
ſuper afflictos pia geſtās viſcera.
amato priuari cupit. vt tali priua
cōne humano generi perdito ſub
ueniret. Hec caritas fecit eam pul
chram in anima. ideo bene figura
ta eſt ꝑ illam virginem ſunamitē
in cuiꝰ ſinu dauid rex dormiebat.
De qua dicitur. iij. Reg. p̄. Rex da
uid ſenuerat. Cūqȝ operiretur veſti
bus non calefiebat. Queſierūt er
go ſerui eius ei adoleſcētulam ſpe
cioſam in omnibꝰ finibus iſrl̄. et
inuenerūt abyſac ſunamitem ⁊ ad
duxerūt eam ad regem. erat autē
decora nimis et dormiebat cum re
ge ⁊ miniſtrabat ei. Rex aūt nō cog
nouit eam. Abyſac interp̄tatur i
cenſa ⁊ ſignificat mariā que incē
ſa fuit igne caritatis ad deū ⁊ ad
ꝓximū. hec placuit regi dauid i
xpō dauid eñ interp̄tatur manu
fortis ⁊ ſignificat regem celeſtem
qui fortis eſt ſup omnes gentes.
Ps. Quis iſte rex glorie dominus
fortis ⁊ potens ⁊c̄. Iſte rex requie
uit in ſinu abyſac .i. in vtero beate
virginis nouem menſibus ip̄a ta
men virginitate integra ꝑmanen
te. Sic patet quō beata maria pul
chra fuit ꝑ caritatē. Secūda virtꝰ
que facit animā pulchrā ⁊ deo grā
tā eſt v̓ginitas ſiue v̓ginalis caſti
tas Sap. iiij. Incorrupcio facit ꝓxi
mū eſſe deo Prouꝰ. xxij. Qui diligit
cordis mundiciam habebit regis
amiciciā .ſ. celeſtis. Hanc virtutē
habuit beata virgo ꝙ ipſa corpe
et mente virginalem caſtitatē ha
buit. ⁊ iō regi celeſti placuit. Vñ
ipſa bñ figurāta ē ꝑ illā pulchrā
v̓ginē heſter quā rex aſſuerꝰ ſup
omnes diligebat. Nota hiſtoriā
Heſter. ij. Rex aſſuerus fecit ꝯgre
gari omnes virgines regni ſui vt
ex illis eligeret ſibi vnam virginē

in reginam. Et inter ceteras vir
gines adducta eſt heſter pulchra
nimis ⁊ decorã facie ⁊ adamauit eã
rex plus q̃ omnes alias mulieres
et poſuit dyadema ſup caput eius ⁊
fecit eam ſibi cõregnare. Heſter i
terpretatur abſcõdita ⁊ ſignificat
beatam virginem que habuit the
ſaurũ abſconditũ i agro.ſ.theſaurũ
virginitatis in agro ſui corporis.
virgitas enĩ dicitur theſaurus ab
ſcõditus Mat.xiij. Siĺe eſt regnũ
celorũ ⁊ virginitas theſauro abſcõ
dito in agro. q̃ theſaurus bene eſt
cuſtodiendus qꝛ ſi ſemel amittit̃
nunq̃ recupat̃. ⁊ ideo virgines dñt
eſſe in abſcondito ⁊ nõ in publico
Dicit enĩ ſic beatus Amb. hec mõ
beata virgo theſaurũ abſcõdit qꝛ
ſemp incluſa ⁊ raro in publico fu
it. vñ angelus eã ſolam inuenit
Ber. Suſpicandũ nõ ẽ qꝛ angelus
inuenit hoſtiũ aptũ virgis. cui nõ
mirũ fuerat vt frequentiꝰ hoĩm vi
taret colloq̃a. vł orãtis impediret̃
ſilenciũ. vel ↄtinue caſtitas cõtur
baret̃ vel turparet̃. ꝓpter hãc pul
chritudinẽ caſtitatis ſiue v̑ginita
tis eã adamauerat rex aſſuerus ⁊
rex eterne btĩtudinis Aſſuerus enĩ
btĩtudo iterpretat̃. ſup oẽs mulie
res huiꝰ mũdi. impoſuit diadema
regni ſuper caput eiꝰ ⁊ fecit ſibi eã
cõregnare Tercia v̑tus q̃ facit ho
minẽ in aĩa pulchrũ eſt humilitas
Jeroꝰ. Nihil ẽ qꝛ nos deo tã g̃tos
efficit ſicut humilitas. ſic qꝛ ſi vite me
rito ſumꝰ magni. hũilitate ſimꝰ i
fimi. Signũ aũt pfecte hũilitatis
eſt qꝛ hõ ſeipm vilipendat Ber. ve

rus humilis vilis vult reputari ⁊
nõ hũilis pdicari Hanc virtutẽ pfe
cte habuit btã v̑go maria. q̃ ſeip
ſam vilipẽdit. cũ eẽt regina celi et
terre ancillã ſe dixit Lu.p. Ecce an
cilla dñi fiat mihi ſm verbũ tuum
Et iterũ Quia reſpexit hũili tatẽ an
cille ſue. ꝓpter hoc btã v̑go maria
bñ figurata ẽ p illã pulchrã virgi
nẽ rachel Geñ.xxix. Rachel erat v̑
go decora facie ⁊ venuſta aſpectu p
qua ſeruiuit iacob. xiiij ãnis ⁊ vide
bant̃ ſibi dies pauci p̄ amoris ma
gnitudine Rachel interp̃tat̃ ouis
et ſignificat btãm v̑ginem mariã
que fuerat humilis ⁊ ſimplex tan
q̃ ouis. Hanc adamauit iacob ⁊ fi
lius dei Jacob enĩ iterp̃tat̃ ſupplã
tator. qꝛ ſupplantauit eſau ⁊ dya
bolum. duabꝰ vicibus. Primo qñ
eũ de celo eiecit. Scdo qñ infernum
ſpoliauit. vñ dixit Juſte vocatum
eſt nomen eius iacob. ſupplanta
uit enĩ me altera vice Jſte iacob ⁊
chriſtꝰ adamauit rachel ꝓpter pl
chritudinem humilitatis in tantũ
qꝛ ꝓpter eã ſeruiciũ multorũ anno
rũ ſubijt nõ tm̃. xiiij. ſ. xxxiij. ãnis
ad hoc eũ traxit humilitas marie
Bern. Propter humilitatẽ marie
rex glorie v̑ginis pulchritudinẽ cõ
cupiuit ⁊ deſcendẽs de ſinu pris in
hũc mundũ. locũ ſibi nõ inuenit
aptiorẽ q̃ corpꝰ v̑gineũ in q̃ plꝰ ei
placuit hũilitas q̃ v̑gitas. Si enĩ
maria humilis nõ fuiſſet. filiũ dei
nõ cõcepiſſet Sic ptʒ qꝛ maria ꝓpt
eius humilitatẽ mat̃ dei effecta ẽ.
Et ipſa tam humilis eſt qꝛ nullũ
peccatorem quãtumcũq̃ immũdũ

ſiue fetiduꝫ deſpicit ſi eius auxiliū
humiliter implorat. Beū. O vgo
maria. quis tuam miſericordiam
ad plenum poſſit enarrare. q̄a tu
peccatorem quātumcūq; fetidū et
toti mūdo deſpectū nō deſpicis nec
deſeris. ſꝫ eū tremendo iudici recō
cilias Exemplū q̄dam monach9
valde deuotus tēptacione deuict9
lapſus eſt in pcm̄ carnis. q̄ ꝓpter
vercūdiam cōfiteri nō audēs. dubi
tare cepit quid faceret. ⁊ totum ſe
ad inuocacōnē btē marie virginis
ꝓſtrauit ⁊ multis precib9 eaꝫ fla
gitauit vt euꝫ a temptacōne eripe
ret ⁊ audaciam cōfitendi impetra
uit. Cuꝫ in nocte dormiret. beata v̄
go apparuit ei longi9 tamē īſiſtēs
in ſpē iuuēcule āgelis circūſepta.
Quā videns ille cū lacrimis ait. O
virgo virginū. regina angeloruꝫ.
ſpes deſolatoꝝ. ſolamē peccatorū.
mater miſericordie. mr̄ dei. miſerere
mei. Quia nullū pc̄tōrem ad te ꝯfu
gientēꝫ repellis. nunq̄d mihi miſe
ricordiam tuaꝫ ſoli denegare vis.
Cūq; hec ⁊ ſimilia dixiſſet. mr̄ miſe
ricordie quandā domum ingredi
tur quam ille ꝓſequēs ⁊ ad pedes
eius ſe ꝓiecit dicēs. O mat̄ dei ple
na omni grā miſerere mei. Ac illa
eleuans euꝫ brachijs amplexaba
tur eū ⁊ oſculuꝫ ei tribuit ⁊ euanu
it. Ille vero euigilans cuꝫ magna
hilaritate ad confeſſorem venit ⁊
peccatum ſuum cōfitens ⁊ in ſācta
vita pſeuērauit. Rogem9.

¶ De ſancta dorothea. F. xxv.

Gloioſa virgo
et martir dorothea ex prē
theodoro ⁊ matre theodora ꝓ geni
ta ex nobili ſanguine ſenatorum
Illis tpib9 viguit pſecucō xp̄ia
norum in terra romanoꝝ. Vn̄ be
atus theodorus ſpernens ydola. ro
mam relinquēs cum poſſeſſionib9.
agris. vineis caſtris. ⁊ domibus.
trāſfretauit cū vxore ſua beata the
odora ⁊ duab9 filiabus ſuis in reg
nū capadocie prexit. veitq; in ciui
tatē ceſareā ibiq; habitans genu
it filiam de qua nunc intendimus
loq̄. Et ipſa genita more xp̄iano
ſꝫ occulte baptiſata eſt a quodā
ſancto epō q̄ ei nomen impoſuit ex
patre ⁊ matre cōpoſituꝫ dorothea.
Illa autē puella inflata eſt ſpiritu
ſancto. virtutib9 ⁊ pacis diſcipli
nis imbuta formoſa valdē ſup oēs
filias regionis. Qd videns ſerpēs
inimicus caſtitatis dyabolus non
ſuſtinēs. Fabriciū pfectū tre p̄di
cte in amorē gl̄oſe virginis ſtimu
lans vt ipſaꝫ carnali cōcupiſcēcia
appeteret Qui mittēs ꝓ ea ſpōdens
theſauꝝ ſibi ⁊ res abſq; ꝯpoti dēt
minacōne ꝓ dote. ipam legiōo du
cendo thoro Audiēs hoc dulcis do
rothea quaſi lutū terre deſpiciens
terrenas diuicias ⁊ intrepide ſe xp̄i
ſponſā fatebat̄. Qd audiēs fabrici
us et vt verba nō traham9 furore
ſuccēſus in cathaſtā ⁊ doliū feruē
tis olei miſſa ē. Ipſaq; adiutorio
xp̄i illeſa manens. ac ſi balſamo
vngeretur. Multi autem pagano
rum videntes hoc miraculum inter

ſe ad xp̄m cõuertunt̄. Fabricius
vero credens magicis artib⁹ fieri.
ip̄am in carcere reduſit. ix. diebus
abſq̈ ciboꝝ alimētis que tñ nutri
ta eſt a ſanctis āgelis. Cū āt p̄du
ceretur ad tribunal pulchrioꝛ q̄
vnq̄ fuit apparuit. Cūctiq̈ mirabā
tur q̄ tot dieb⁹ abſq̈ cibo tam foꝛ
moſa videret̄. Fabrici⁹ dixit. niſi de
os adoraueris p̄ſentes penas ecu
lei non euades. Dorothea rn̄dit. de
um verum adorabo et non demonē.
Dij eīn tui demones ſunt. Et p̄ſtra
ta in terrā eleuatiſq̈ oculis ſuis in
celū orauit ad dn̄m vt oſtēderet po
tenciam ſuā q̄ ipſe eſſet ſolus de⁹
et non alius preter eum. Erexerat
autē fabricius colūnam et deſuper
ydoluꝫ vt ſancta dorothea illd ado
raret. Et ecce multitudo angeloruꝫ
cum impetu veniēs corrupit tēplū
ſic q̄ nec particula columne inueniē
tur et audiuit voces demonū p aera
volanciū et clamanciuꝫ Dorothea
cur nos infeſtas ſic et deuaſtas et
multa milia paganorū manifeſte
ad deum cōuertuntur q̄ etiam pal
mā martirij ingreſſi ſūt Ipſa aūt
in eculeo ſuſpenſa. pedib⁹ eleuatis
vncis corp⁹ laceratur virgis caſti
gatur et flagellis flagellatur. Deīnd
ad mamillas v̄ginales facule ardē
tes applicate ſūt et ipſa ſemimortua
in carcerem vſq̈ in craſtinuꝫ redu
ſa eſt. Mane vero p̄ducta nec vlla
leſio nec vlla macula apparuerat.
de quo ip̄e preſes admirabatur Et
dixit ei adhuc reuertere o amena
puella ſatis iam caſtigata es. Et
miſit eaꝫ ad duas ſorores ſuas ca

ſtam et calixtem que metu mortis
a xp̄o receſſerunt. vt ipſe dorotheā
ſororem ſuam ſi poſſet a xp̄o
euellerent. Dorothea autē leniter
alloquens predictas. ſ. ſorores ſu
as auferens ab eis cecitatē cordis
et eas ad xp̄m cōuertit Quod au
diens fabricius furore ſucceſus mi
ſit ambas ſorores dorſo ad dorſū
ligari. iuſſitq̈ eas in ignem p̄icia
cremari Et dixit dorothee. quouſq̈
maleficia nobis protrahis. aut ſa
crifica dijs noſtris vt viuas. aut
ſentēcia capitali plecteris. Illa le
to vultu rn̄dit Quicq̄d vis paſſura
ſum pro domino meo xp̄o et ſp̄oſo
meo in cuius orto deliciaruꝫ roſas
cum pomis colligam et letaboꝛ cuꝫ
ipſo in eternum. Audiens hoc ty
rānus in ſeipſo frenduit precepit
q̄ vt pulcherrima facies eius bacu
lis et fuſtibus cederetur. Cum aūt
in tantū percuſſa fuit vt tortores fa
tigarentur et q̄ nec veſtigia faciei ap
parerent reſeruata eſt in craſtinū
De mane vero p̄ducit̄ illeſa a ſalua
tore noſtro curata et capitali ſnīa iu
dicat̄. Et dū extra muꝝ ducit̄ vidēs
eaꝫ theophilus p̄tonotari⁹ regni
illius dixit ei illuſorie Quo duceris
modo dorothea. Rn̄dit ad viridā
rium ſponſi mei. Ac ille. nobis mit
te de roſis que creſcunt in viridario
illo. Quod illa promiſit. cum autē
ad locum decollacōnis veniſſet ro
gauit dominum pro omnib⁹ qui
ad honorem ſui nominis memori
am ſue paſſionis peragerēt ab om
nibus tribulacionib⁹ ſaluarent̄.
Et precipue a verecundia paupta

tis ⁊ a falſo crimine cuſtodirentur
⁊ in fine vite ſue cōtritionē remiſſi
onemq̃ omniū pctōꝝ obtinerent.
Mulieres pientes nomē ei⁹ inuo
cantes celerem in doloribus ſentirēt
effectū. Et ecce vox de celo audita ē
Veni electa mea. veni ſpōſa mea.
veni dilecta mea ōnia q̄ petiſti im
petraſti ⁊ p quib⁹ oras ſalui erunt
Inclinata aūt ad ictū ſpiculatoris
apparuit puer purpura indutus
diſcalciatus criſpo crine in manu
ſua ferens ſportam cū trib⁹ roſis ⁊
tot malis Cui dorothea dixit. Ob
ſecro mi dn̄e feras eas theofilo ſcri
be ⁊ decollata eſt. ⁊ perrexit ad xp̄m.
octauo ydus februarij Theophi
lus vero ſcribēs in palacio. Et ecce
puer vn⁹ apparuit ei pl'chrim⁹ por
tans ſportaꝫ cū roſis ⁊ pomis i ma
nibus ibidem dicens. Has roſas
cū pomis miſit tibi ſoror mea doro
thea de viridario ſponſi ſui. Puer
vero ſtatī diſparuit. Theophilus
hoc vidēs litterā quaꝫ ſcribebat ia
ctabat in terram ⁊ dimiſſis mani
bus velut amēs effect⁹. vnū deum
ihesum xp̄m filiuꝫ dei viui cōfeſſus
publice pclamauit. laudādo ⁊ glo
rificādo ſponſuꝫ dorothee q̄ mēſe fe
bruario cū magna frigora terram
cōgelant. nec aliq̄ virgūcule fron
dibus veſtiunt. roſas ⁊ poma qui
bus vult mittere pōt cui⁹ nomē in
eternuꝫ ſit benedictū. Ex ipſi⁹ affir
macōne ⁊ p̄dicacōne fere tota ter
ra ad fideꝫ cōuertit. Ex odore nāq̃
roſaꝝ multi debiles infirmia pati
ci ⁊ leproſi ſunt curati. Vidēs hoc
tyrann⁹ theophilū ſcribam pluri
mis tormētis ⁊ tormentoꝝ gnib⁹
affecit q̄b⁹ ⁊ beatā dorotheā crucia
uit. Vltio vero in minimas ptícu
las ſuccidi ipſūꝫ p̄cepit ⁊ volatilib⁹
ad manducandū pieciit Theophi
lus vero p̄mitus ſacro baptiſmate
miſticoq̃ corpe ⁊ ſāguine xp̄i cōi
cauit. ⁊ ſic perrexit ad xp̄m cui ho
nor ſit ⁊ gloria.

¶ In cathe dra ſancti petri.
Sermo. .xxvi.

EXaltent eū in
eccl̄ia plebis: ⁊ in cathedrā
ſenioꝝ laudēt eū pſal. cvi. Iſta v̄
ba p̄nt exponi de ſancto petro q̄ le
gitur in cathedra honorat⁹. Cū eniꝫ
beat⁹ petrus Anthiochie predica
ret. theophilus princeps illi⁹ ciui
tatis eū incarcerauit ⁊ ſine cibo et
potu pmiſit eū eē Cūq̃ pene defice
ret ait. Dn̄e ihū xp̄e miſeroꝝ adiu
tor adiuua me in iſtis tribulacōni
bus. Cui dn̄s. petre ne putes te de
relictū. p̄sto ſum tibi ſubuenire Au
diens aūt btūs paulus de incarce
racione beati petri. ad theophilū
venit dicēs ſe eſſe artificeꝫ in pictu
ris ⁊ tabulis ſculpēdis ⁊ in tectorijs
faciēdis Quia theophilo rogat vt
in eius curia ſecum maneret. Qua
daꝫ vero die paulus ad petꝝ ſecre
te ad carcereꝫ introiuit ⁊ inueniēs
eū pene mortuū amariſſime fleuit
et dixit. O petre frat mi. glia mea.
gaudiū meum. dimidiū aīe mee.
meo interuētu reſume vires. Tunc
petrus apiens oculos ⁊ eū cogno
ſcēs lacrimari cepit. ſꝫ loq̄ nō potu
it. Et currens paulus cibum affe

rens ⁊ os eius apiens ipm̄ refocilla
uit. Et cū ad ſe reuerſus fuiſſet petrꝰ
in oſcula mutuo corruerūt ⁊ ambo
plurimū fleuerūt. Paulꝰ aūt occul
te rediēs ad theophilū dixit. O the
phile magna ē gloria tua. ſꝫ vnū
dehoneſtat te. ſ. ꝙ illū pauperē in
carcere affligis q̄ tibi nō nocuit ſꝫ
multū vtilis tibi eſſe potuit. Nā hic
de illo hoīes q̄dam aiūt. Infirmos
ſanat. mortuos ſuſcitat. Cui ille.
Fabuloſa ſūt illa paule q̄ tu dicis
qꝛ ſi mortuos ſuſcitare poſſet ſeipſū
de carcere liberaret. Cui paulꝰ. ſicut
xp̄s magr̄ ſuꝰ de cruce deſcēdere nolu
it cū potuiſſet. ſic ipſe paſſus ē pro
eo mortē ſuſtinē. Cui ille. Fac er
go vt reſuſcitet filiū meū p. xiiij. an
nos mortuū ⁊ credā illi. Ingrediēs
ergo paulꝰ dixit quō ad reſuſcita
tōem filij īdiſſet. Cui petrus. Rē
grandē paule pmiſiſti ſꝫ diuīa vtute
facillimam. Eductus ē de carcere et
monumēto apto deū orauit ⁊ ille
reſurrexit. Tūc theophilꝰ ⁊ tota ciui
tas crediderūt ⁊ glorioſā eccl'iam
edificauerūt in cuiꝰ medio colloca
uerūt cathedrā ⁊ btm̄ petrū ſup eā
poſuerūt ⁊ exaltauerūt. Deinde pam
bulauit totā puinciā illam ⁊ p̄di
cauit verbū dei. Medio aūt tpe ve
nit ſymon magus anthiochie. et
pplm̄ ſubuertit ⁊ a fide xp̄i traxit.
Qd audiēs petrus reuerſus ē in āthi
ochiam. Qui audiētes eum redire.
omnes nudi pedibꝰ ⁊ cilicijs indu
ti ei occurrerūt penitentes ꝙ ſymo
ni mago crediderūt. Et obtulerunt
ei languidos ⁊ obſeſſos. Cūq̄ ſup
eos petrus nomen dn̄i inuocaſſet
immenſū lumē ibidē apparuit ⁊ om
nes ſanati ſunt ⁊ currentes oſcula
bant veſtigia pedū eius. tūc infra
ſeptē dies plus ꝙ decē milia bapti
ſati ſūt. Theophilus vero domum
ſuā in baſilicā ↄſecrari fecit ⁊ ibidē
petro excelſā cathedrā collocauit
et petrū ſup eā exaltauit vt ab om
nibꝰ videri ⁊ audiri poſſet. Et ſic be
atus petrus ſedit anthiochie ſe
ptē annis. ⁊ poſtea veniēs romā ſe
dit in cathedra rome. xxv. annis.
Notandū ꝙ btūs pe. fuit exaltatꝰ
in triplici cathedra. ſ. pontificali. re
gali. ⁊ iudiciali. In pontificali. exal
tauit eū dn̄s qn̄ eū ſummū pontifi
cē ↄſtituit ⁊ ligādi ⁊ ſoluēdi ptātē
tribuit. Sic legit̄ in euāgelio hodi
erno. Math. xvi. Tibi dabo claues
regni celorū. ⁊ qdcunq̄ ligaueris
ſup terrā erit ligatū ⁊ in celis. in
hac cathedra ſedit primo anthio
chie ſeptē ānis ⁊ poſtea rome. xx
v. annis. In q̄ cathedr̄ licet exalta
tus fuiſſet tn̄ multas ſuſtinuit tri
bulacōnes a nerone ⁊ ſymone ma
go. Ipſe tn̄ cū ſapiētia ſua deuicit
eos. vn̄ de eo pōt exponi qd legit̄.
ij. Re. xxiij. Dauid ſedēs in cathedr̄
erat ſapiētiſſimꝰ int̄ tres. Dauid ī
terptat̄ manu fortis ⁊ ſigt̄ petrū
qui fuit fortis in fide. Cū enī xp̄s q̄
reret ab apoſtolis. Quē dicūt homi
nes eſſe filiū hoīs. rn̄derūt. alij io
hannē baptiſtā alij helyam. alij
iheremiā ā vnū ex pphetis. Ait illis
vos āt quē me dicitis. Rn̄dit ſimō
petrus. Tu es xp̄s filiꝰ dei viui. Ecce
ꝙ fortis fuit in fide ideo meruit ex
altari in cathedra papali. vnde ſe

quitur Et videns ihs dixit. Et ego
dico tibi q tu es petrus .i. firmus in fi
de q̄ſi petra. et ſup hāc petraȝ edifi
cabo ecclīam meā .i. totaȝ xp̄ianita
tē q̄ſi diceret. caput ecclīe te conſti
tuo ꝓpter firmitatē fidei tue Sic patȝ
q btūs pe. cōpatur dauid ꝓpē eius
firmitatē Iſte ſedit in cathedra ro
mana et fuit ſapientiſſimus īnt̄ tres
Iſti tres p̄ūt eſſe nero ſymon ma
gus et btūs pe. Ipſe eñ ſapientiſſi
mus fuit īnt̄ eos q eos v̄tutibus ſupa
bat. Symonē p opacōem miracu
loꝝ et neronē p ſufficienciā pſecu
cionuȝ vīncebat. ſic patȝ in legēda ī
alio ſuo feſto Scdo exaltatus fuit ſā
ctus petrus in cathedra r̄gali ſiue
principali.ſ. qñ eū dñs principem
apl'oꝝ cōſtituit et p cōſeqñs prin
cipē totius mūdi fecit. Iſtud figura
tuȝ ē.iij. Re.x. vbi dī q rex ſalomō
fecit ſibi thronū .i. ſedē regaleȝ grā
dem de ebore et veſtiuit eā auro rc.
et.xij. leunculi ſtabāt hinc et inde.
Salomō interp̄tat̄ pacificus et ſig̃t
xp̄m q pacē fecit inter deuȝ et hoīeȝ
Eph.ij. Ipſe eñ eſt pax nrā q fecit
vtraq; vnū .i. deū et hoīeȝ ſolueñs īmi
cicias in carñe ſua .i. p carnē aſſum
ptā. vñ āgeli in natiuitate eius cā
tabant Glīa in excelſis deo et in ter
ra pax hominibus. Iſte verus ſalo
mon .i. xp̄s fecit cathedrā regalē.
p quā ſignificat̄ principalis dig
nitas quā beato petro impēdit. p
duodecim leunculos q ſtabāt hic
et inde. ſignificāt̄ alij .xij. apl'i. Nā
preter ip̄m fuerūt adhuc .xij. cū be
ato paulo ſup q̄s eum dñs exalta
uit qñ eū principē eoꝝ fecit Cathe
dra illa fuit eburnea grādis et au
ro veſtita Eburnea ī caſtitatis p̄di
cacōne Grādis in miraculoꝝ opa
cione. Auro veſtita in dei dilectiōe.
vñ dicit̄ fuiſſe de ebore ꝓpter caſti
tatē Elephas cuius os dī ebur caſtiſſi
mū animal ē. vt ait Yſidorus. Quia
moderate miſcet̄ femine et pus ↄcep
tionē cōtinet ſe ab ea et ea mortua
alia nō vtit̄. ſ; in caſtitate pſeuerāt
Sic btūs petrus fuit in mrimonio
ſuo. q vnā tm̄ vxorem legit̄ habu
iſſe et poſtea aliam nō duxiſſe ſ; in
caſtitate pſeueraſſe. Ebur natura
liter frigidū ē et puocat hominem
ad caſtitateȝ Sic btūs petrus ſua
p̄dicacōne hoīes ad caſtitatē puo
cabat. vñ dicit in canonica ſua p̄
ma ca.p̄. Succīcti eſtote lūbis mē
tis vrē ſobrij in opibus et pus paulu
luȝ ſeq̃tur. Animas vrās caſtificā
tes. Itē.ij. Pe.ij. Nouit dñs pios de
temptacōe eripē. iniq̄s vero in die
iudicij cruciādos r̄ſeruare. magis
aūt eos q pus carnē in cōcupiſcēcia
et in imm ūdicia ābulant Scdo ca
thedra illa fuit grādis et hoc ī opa
cione miraculoꝝ Ipſe eñ maiora
miracula legit̄ feciſſe q̄ aliq̄s ſan
ctorū. qd patet ex hoc q vmbra il
lius ſanauit infirmos. Actu .v. Po
nebāt autē infirmos in plateis vt
veniēte petro ſaltē vmbra illius ob
umbraret queq̄ illoꝝ et liberārent̄
ab infirmitatibus ſuis. Itē in hoc q
ſolo v̄bo reſuſcitauit mortuos. vñ
legit̄ d tabita et alibi etiā dicitur.
enea ſanet te dñs ihs xp̄s. Itē ba
culus eius ſuſcitauit quēdaȝ mor
tuū.ſ. ſanctū Maternū. nam cū qua

damvice duos diſcipulos ad pre
dicandū miſiſſet · ⁊ dum duas die
tas iuiſſent vnꝰ illoꝝ mortuꝰ ē et
alter ad euz redijt ⁊ ſibi nūciauit
hoc · Tunc petrus tradidit ſibi ba
culū ſuū vt ſuper eū poneret · qđ cū
ille feciſſet ſtatī ille qui ꝑ quatuoꝛ
dies mortuꝰ fuit reſurrexit · Tercio
cathedra illa fuerat auro veſtita ·
ꝑ auruz qđ ē precioſiꝰ inter alia
metalla ſignificat caritas que ma
ioꝛ eſt omnibꝰ virtutibꝰ · Sicut di
citur ꝑ̄ · Coꝛ · xiij · Maioꝛ horum cari
tas · vnđ Amb · Caritas mater om
nium virtutuz · que homines infoꝛ
mat ſine qua nulla eſt vera virtꝰ ·
Item carita s eſt veſtis nupcialis
qua ſi homo veſtitus nō fuerit nō
intrabit ad nupcias · vn̄ dictū eſt
illi q̄ hac veſte caruit Amice q̄mo
do huc intraſti nō hn̄s veſtem nu
pcialem · i · caritatez ⁊ miſſus eſt in
tenebras exteriores Hac veſte id ē
caritate veſtitus eſt ſanctus petrꝰ
quando deum ſuper omnia dilexit
Johannis vltimo · dominꝰ dicit ſy
moī petro · Diligis me plus hijs ·
ſcilicet tempalibus vel diſcipulis
dicit ei · Tu ſcis domine quia ego
amo te Gloſa Qui omnia occulta
coꝛdium ſcis · tu ſcis quia amo te
Signuz hꝰ amoris oſtendit ante
paſſionem ⁊ poſt paſſionē in hoc
ꝙ ſecum mori voluit quādo dixit ·
Paratus ſum tecū in carcerem ⁊ i
moꝛtem ire · non eniz volebat ante
xp̄m moꝛi · qꝛ ip̄m tantū diligebat
ꝙ eius preſēcia carere noluit · nec
volebat poſt eum moꝛi · quia tunc
ſimiliter eius p̄ncia caruiſſz · Sed

volebat ſecūz in carcerem ⁊ in moꝛ
tem ire vt ſemꝑ eius dulci p̄ncia
frueret̄ Vere magna fuit illa dile
ctio · qꝛ moꝛtē crucis ꝓ eo ſuſtinuit
Johānis · xv · Maiorem caritatem
nemo habet vt quis ponat animā
ſuam ꝓ amicis ſuis · Et qđ tunc pro
miſit · vtiqꝫ feciſſet ⁊ cōpleuiſſet ſi
dn̄o placuiſſz ⁊ tn̄ poſtea ꝯpleuit
cū ꝓ eo moꝛtē crucis ſuſtinuit Itez
hoc oſtendit paſſio xp̄i quantuz
eum dilexit quia ſemꝑ eiꝰ paſſio
nem cum fletibus ⁊ luctu recoꝛda
batur ſicut dicit clemens · Habuit
autem duplicē fletum · ſ · doloris ⁊
amoꝛis · Doloris qꝛ ſemꝑ cuz maxi
mo dolore recoꝛdabatur ꝙ amicū
ſuum in paſſione negauerat · Cuz
enī negaſſet xp̄m gallo cantante
recoꝛdabatur vꝰboꝝ ꝗ dominꝰ di
xerat ei · anteꝗ̄ gallꝰ cantet ter me
negabis Exiuit ergo ⁊ amariſſime
fleuit · Et dicit clemēs · ꝙ ꝑ totum
tꝑs vite ſue quociēſcūqꝫ galluz cā
tantē audiuit lacrimas emittebat
recolens cū dolore ꝙ gallo cantan
te xp̄m negauerat · Habuit etiaz
lacrimas amoꝛis ex eo ꝙ frequēt̄
recoꝛdabat̄ dulciſſime p̄ſēcie xp̄i
et melliſluorū verboꝛum eius · ita
ꝙ lacrimas cōtinere non potuit ſꝫ
ſemꝑ ſudarium poꝛtabat quo la
crimas tergebat · Et dicit clemēs
ꝙ ex nimio fletu ⁊ continuo facies
eius quaſi exuſta videbatur · Ter
cio exaltauit eum dominꝰ in cathe
dra iudiciali · Quia dominus ꝓmi
ſit ei ꝙ ipſe erit vnus eoꝝ in die
iudicij qui ſuper oēs iudicādos
preſidebit Math · xix · dixit ſimon

petrus ad iheſuȝ Ecce nos reliq̄mꝰ
omnia ⁊ ſecuti ſumꝰ te. quid ergo
erit nobis. Reſpōdit iheſꝰ. Amen
dico vobis ꝙ vos q̄ reliquiſtis oīa
⁊ ſecuti eſtis me in regeneracione
cum ſederit filius hoīs in maieſtate
ſua. ſedebitis ⁊ vos ſuper ſedes iu
dicantes duodecim tribus iſrł. id
eſt vniuerſos iudicādos. Per duo
decim ſedes itelliguntur viri pfecti
qui omnes cum criſto iudicabunt
Gregori. In iudicō erunt quatuor
ordines duo ex pte reproborum et
duo ex pte electoruȝ. Aliqui enim
iudicantur et peunt ſicut mali cri
ſtiani quibus dicetur Eſuriui ⁊ nō
dediſtis michi manducare ⁊c̄. Alij
nō iudicātur ⁊ peribunt. ſicut infi
deles de quibus dicitur Qui nō cre
dit iam iudicatus ē. Alij iudicātur
⁊ regnabunt ſic boni xpiani q̄bus
dicetur. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi mā
ducare Alij iudicabūt ⁊ regnabūt
quorum vnus principaliter erit
beatus petrus cui dominus claues
regni celoȝ commiſit.

De eodem. ſer. xxvij.

Tibi dabo cla
ues regni celorum Math.
xvi. per claues iſtas poſſumꝰ itelli
gere illas vͥtutes que aperiūt nob
regnū celorum videlicet ſacramēta
Prima clauis eſt baptiſmꝰ ſine q̄
nemo pōt intrare in regnum celo
rum Joh. iij. Niſi quis renatꝰ fuerit
ex aqua et ſpiritu ſancto non pōt
intrare in regnum celorū. Eſt autē
triplex baptiſmꝰ. ſ. flumis flamis
⁊ ſanguinis. Qꝫ baptiſmus aperu
it rēgnū celorū figuratuȝ ē in hoc ꝙ
ibi baptiſato apti ſūt celi Mat. iij
Sc̄da clauis ē fides. qꝛ ſine fide ne
mo pōt intrare regnū celorū Mar.
xvi. qui crediderit ⁊ baptiſatꝰ fue
rit ſaluus erit. q̄ vero non credide
rit ꝯdemnabit̄ Ad heb. xi. Sine fide
impoſſibile eſt hoīem placere deo
Augꝰ ſup illo verbo Btā que credi
diſti dn̄o. Beatior fuit maria perci
piendo fidē criſti ꝙ̄ ꝯcipiēdo carnē
xpi. Materna ppinquitas nihil ma
rie pfuiſſȝ niſi felicius xpm corde ꝙ̄
carne geſtaſſet. Vn̄. Eccā. p. Bene
placitum eſt deo fides ⁊ manſuetu
do Tercia clauis eſt peītentia Mat
iij. Peītentiā agite ⁊ appinquabit
regnum celorum Mat. xi. Regnūȝ
celorū vim patit̄ ⁊ violenti rapiūt
illd Gl. Regnū celoȝ vi patit̄ cū pec
cator ad illud tanꝙ̄ ad locū alienū
per penitentiam intrat. grandis vi
olentia. in terra naſci ⁊ celum cape
re per virtutem quod nō poſſumꝰ
p naturaȝ. Hoc modo intrabat la
tro qui dicebat Luc. xxiij. Memen
to mei dn̄e ⁊c̄. Et reſpōdit ei Amē
dico tibi. ho. me. eris i para. Quar
ta clauis eſt tribulacō Actu. xiiij
Per multas tribulacōes oportet
nos intrare in regnum celorū Lu.
vltio Oportebat criſtū pati et ita
intrare in gloriam ſuaȝ Multo ma
gis oportȝ nos itrare in regnū alie
nū p tribulacōes. Hoc mō oēs ſcī
itrauerūt Jheroꝰ. Quis ſcōruȝ ſine
tribulacione coronatus eſt quaſi
diceret nullus. Vnde cū peteret mr̄
filioȝ zebedei xpm dicens Mathei

xxij. Domine dicvt ſedeant hi duo
ſūt neſcitis q̄d petatis poteſ. bibē
calicē quē ego bibiturus ſum. q. d
fatue petiſtis. Quia putatis ꝙ ſine
tribulacōnib⁹ ⁊ āguſtijs ⁊ paſſio
nibꝫ poſſitis venire ad regnū celorū
cū ego paſſionē ſuſtinē debeam. Et
hoc eſt qđ dicit Mat. v. Beati q̄ per
ſecucōem patiūt ꝓpt̄ iuſticiā qm̄
ip̄oꝝ ē regnū celorū. Quīta clauis
ē hūilitas math. xviij. n̄ efficiami
ſic puuli ⁊ hūiles n̄ itrabitis i reg.
celorū mat. xix. Sinite puulos veni
re ad me taliū ei eſt r̄egnū celorum
Job. xxij. qui hūiliauerit ſe erit in
gl'a ⁊ q̄ iclīauerit oclos ſuos ipſe
ſaluabit. Ber. p hūilitatem aſcēde
ad ſublimitatē q̄r hec ē via ⁊ nulla
alia p̄t eā qui aliter vadit poti⁹ ca
dit quam aſcēdit. ſic patꝫ de dyabo
lo q̄ ꝓpt̄ ſuā ſupbiā cecidit de celo.
ſupbia eniꝫ hoī claudit celū. hūili
tas vero aperit. Apoc. iiij. ecce dedi
corā te hoſtiū apertū. q̄r modicam
hēs v̄tutē ⁊ hūilitatē. Sex̄ clauis ē
paupꝰtas voluntaria mathe. v. beati
paupes ſpū ⁊c̄. Ber. O bona pauper
tas cui ꝓmittit regnuꝫ celoꝝ vñ le
git mat. xij. Dixit adoleſcēs q̄daꝫ
ad dn̄m mḡr bone quid faciam vt
habeā vitam etnā. Cui dn̄s vade ⁊
vēde oīa q̄ hēs ⁊ da paupib⁹ ⁊ ha
bebis theſauꝝ in celo. qđ audiēs tri
ſtis. Et ait domin⁹ quā difficile ē di
uitem intrare in r̄egnū celorū hoc ē
intelligēdū de amātib⁹ pecuniā ⁊ n̄
diſtribuentib⁹ ſic dic̄ Ber. diues eniꝫ
in r̄b⁹ p̄t pauper eſſe i ſpū. Ber. Nō
paupertas v̄tus r̄putabit. ſꝫ amor
paupertatis. deniq̄ꝫ beati pauperes

non rebus ſed ſpū iudicātur. Sep
tima clauis eſt mia ſiue elemoſina
que preparat homini locū in r̄egno
celorū. Eccl'aſt. decimoſexto. Oīs mia
faciet vnicuiq̄ꝫ locū ⁊c̄ vñ dn̄s. mathe
xvi. Facite vobis amicos de mam
mona iniq̄tatis vt cū vos defeceritis
recipiāt vos in eterna tabernacula
ſ. pauperes q̄bus miſericordiā fa
citis in hac vita. hoc modo quilibꝫ
pōt intrare in regnū celorū quātū
cūq̄ꝫ paup. Aug⁹. regnū celoꝝ tan
tū valet quantū habes Greg. Cor
namq̄ꝫ ⁊ non ſubſtantiā p̄ſat dn̄s
thob. iiij. Si mltū tibi fuerit tribue
abūdanter ⁊c̄.

De ſācto mathia ſmo. xxviij.

Beati quos ele
giſti ⁊ aſſumpſiſti dn̄e ha
bitabunt in atrijs tuis pſ. lxiiij. v
ba iſta dupliciē ſunt conſiderāda
p̄mo q̄ūo ꝯueniūt beato mathie.
ſcđo q̄ūo ꝯueniūt cuilibet xp̄iano
Et bene poſſunt exponi de iſto ſan
cto quem domin⁹ loco iude elegit
⁊ aſſumpſit in ſuā hereditatē. pſ.
Bti qui hitāt in domo tua domine
De cuius electōne legitur Actu. ij
Cū inter aſcēſionem ⁊ p̄thecoſten
ap'li ſimul eſſent. vidit beatus pe
trus ꝙ nūs apl'orū eſſet diminu
tus quos domin⁹ hoc nūo elegerāt
cū eēnt. xij. ſurrexit i medio fratrū
dicēs viri fratres oportꝫ vt aliquē
loco iude ſubſtituamus qui teſtet
nobiſcum reſurrectōneꝫ xp̄i Quia
dominus dixit nobis eritis michi
teſtes in iheruſalem ⁊ omni iudea
et ſamaria vſq̄ꝫ ad vltimum terre.

Et quia teſtis non debet teſtimoniũ
phibere niſi de hijs q̄ vidit ⁊ audi
uit. Idcirco eligēdus ē vn⁹ ex hijs
viris qui nobiſcũ fuerũt ⁊ mirabi
lia viderunt ⁊ eius doctrinã audie
rũt. Et ſtatuerunt duos de ſeptua
ginta duob⁹ diſcipulis ſcȝ ioſeph
q̄ cognominatus eſt iuſt⁹ ꝓpt ſan
ctitatem ſuaȝ ⁊ mathiã. ⁊ orantes
dixerũt Tu dñe q̄ noſti corda ho
minũ. oſtende. quē elegeris ex his
duob⁹ vnũ loco hui⁹ miſterij acci
pere ⁊ apl'atus locum. queȝ iudas
amiſit. Et datis illis ſortib⁹ cecidit
ſors ſup mathiã ⁊ ãnumerat⁹ eſt
cũ. xi. diſcipulis. ſic pȝ de ei⁹ electi
one Sciendũ autem ꝙ triplex eſt
electõ ſcȝ diuina. angelica. ⁊ dyaboli
ca. Primo elegit dñs ſuos de q̄b⁹
dic. pſ. Btã gēs cui⁹ eſt dñs deus
ei⁹ popul⁹ quē elegit in hereditatē
ſibi. ſȝ di Mat. xxij. Multi ſunt vo
cati pauci vero electi in hereditateȝ
eternam. Jõ ſciendũ ꝙ dñs elegit
q̄tuor genera hoim Primo elegit
huiles ⁊ hoc figuatũ eſt in electõe
mathie. mathias ei pu⁹ iterp̄tat̄
⁊ ſig̃t huileȝ ſpũ vñ dicit̄. p̄. Reguȝ
xvi. Q̄ȝ dñs elegit dauid i regem
qui fuit minim⁹ fratrũ ſuoꝝ Cum
ei miſiſſȝ dñs ſamueleȝ ad domuȝ
Jeſſe vt vngereȝ vnũ filioꝝ ſuoꝝ in
regē vidit ſamuel ſeiorē fratꝝ ⁊ vo
luit euȝ inungere Et dixit ei dñs.
nõ aſpicias vultũ ei⁹ neq3 altitudi
nē ſtature ei⁹ ꝙ nõ ſm intuitũ ho
minũ ego iudico Hõ enī videt ea q̄
patēt de⁹ aũt intuet̄ cor Tc adduxit
Jeſſe aliũ ⁊ dixit ſamuel. nec hũc
elegit dñs. Cũq3 ſm ordieȝ ſeptē

filios ſtatuiſſȝ ait ſamuel. Nõ ele
git dñs aliquē ex iſtis. nũq̄d ꝯple
ti ſunt filij. Dixit ieſſe adhuc reli
quus eſt q̄ paſcat oues. Et dixit ſa
muel Ille ē queȝ elegit dñs ⁊ voca
tus ē ⁊ vnxit eũ in regē. Itē beatam
v̄giēȝ elegit ꝓpt huilitateȝ. Lu. p̄.
Reſpexit huilitateȝ ãcille ſue Ber.
Quid eſt ꝙ dñs mariaȝ in mrēȝ ele
git cũ tameȝ nobiliores ⁊ pulchri
ores v̄gies ill' tempib⁹ in iſrl' erãt.
vtiq3 elegit eam ꝓpt eius huilita
teȝ. ſi enim humilis nõ fuiſſet deuȝ
nunq̄m genuiſſet Scdo elegit dñs
paupes. vñ elegit dñs piſcatores
in diſcipl'os ⁊ dixit eis Jo. xv. nõ
vos me eleg. ſȝ ego vos ele. Aug⁹
Dñs ihs volēs ſupborum frãgere
ceruices nõ elegit impatores. nec
oratores ſȝ paupes piſcatores de
ipſis faciēs impatores ⁊ oratores
Iteȝ elegit paupeȝ mrēȝ que adeo
paup fuit vt dic̄ Ibero⁹. ꝙ laborãt
de victũ ſibi adquiſiuit Et ſic dicit̄
Criſ. ꝙ vir ⁊ vnã tunicã huit q̄lē ha
bere potuit vxor carpentarij egeni
Greg. xp̄s ab ipſis p̄mordijs huã
nã voluit ꝯculcare ſupbiaȝ. ideo non
tm̃ hõ fuit ſȝ pauprim⁹ hõ et pau
pem mrēȝ elegit q̄ caruit tpalib⁹
curis. Tercio elegit dñs mũdos ⁊ ca
ſtos Numeri. xvi. Queciq3 elegit
dominus erit ſcũs ⁊ mund⁹. Eph. p̄.
Elegit nos vt eſſe⁹ ſãcti ⁊ mũdi et
immaculati. Deus eni qȝ ſit mũdus
nõ eligit niſi mundos Prouẽ. xxij.
Qui diligit cordis mundiciã habe
bit regis amiciciã. ſ. regis celeſtis. Ob
hoc legim⁹ ſpealit̄ xp̄m dilexiſſe ⁊
elegiſſe iohēm vt ſup pectus eius

eum faceret recūbere a ſpeciali mor
te ſine corrupcione carnis volebat
eum aſſumere. Quarto elegit do
minus ↄtemplaciones. pͦs. Elegit
dn̄s ſion in hereditatē ſibi Sion in
terp̄tatur ſpeculacō a ſig̃t ſpecula
cōem diuinam. vn̄ legit̄ q̄ dn̄s ele
git aaron i ſummū ſacerdotē Aarō
interp̄tatur mōtan⁹ a ſig̃t illos q̄
aſcēdunt montes dn̄i per ſpeculacō
nem. Mod⁹ autē electōis habetur
Numeri. xvij. Quem elegero germi
nabit virga eius a florebit a faciet
fructuꝫ amigdalū. per hoc ſignifi
catr̄ cōtemplacōes que debēt gr̄a
tea florere v̄tutib⁹ a portare fructū
amigdalum a fructuum dulcedieꝫ
diuinam ſiue diuine ↄtemplacōis
qui fructus eſt perpetuus Luce x.
Maria optimā p̄tem elegit que n̄
auferetur ab ea ↄtemplacōeꝫ di
uinā. De angelica electōe dr̄ Mat.
xiij. Simile ē regnū celoruꝫ ſagene
miſſe in mare Sagena eſt eccl̄ia pi
ſces hoīes. piſcatores ſunt doctoēs
qui capiūt piſces a hoīes a ad fidē
ↄuertunt. q̄diu ſagena eſt ſub aq̄
non diſcernūtur boni piſces a mal'
ſ; in die cū ſagena ad lit⁹ trahitur
a mūd⁹ ↄſummat̄. tūc angeli ſepa
būt bonos a malis a ecōtra. Et eli
gēt bonos in vaſa a mānſiones eter
nas a malos mittent in caminum
ignis eterni De electōne diabolica
dr̄ Abac. p̄. Incraſſata ē ps eius a
diabolica cib⁹ eius elect⁹ Sicut enī de
us a angeli ei⁹ eligūt mundos ſic di
abolus eligit immundos a luxurio
ſos q̄ ſunt cib⁹ eius. vn̄ ſignificatr̄
p porcos in quos dyabol⁹ elegit in

trare Mat. viij. Dn̄e mitte nos i por
cos et ingreſſi in porcos ſubmerſe
ſūt eos i mari. ſic dyabol⁹ dilectos
a electos ſuos dimergit in infernū
Exo. xv. Electi p̄ncipes ei⁹ dimerſi ſūt
in mari rubro. abiſſi operuerūt eos
deſcenderūt in pfundū q̄ſi lapis. Ex
emplū q̄daꝫ hō luxurioſ⁹ volens
ire de nocte ad ↄcubinam ſuaꝫ veit
ad pōtem a iuenit eū fractū. affuit
dyabol⁹ i ſpē hoīs ſedens ſup equū
dixit. Aſcende retro me ducā te quo
vis. Qui cū aſcēderet p̄cipitauit eū
in aq̄m a ſubmerſit eum Rogem⁹

De eodem. ſer. xxix

Diſcite a me q̄r
mitis ſum a humilis corde
Mat. xi. Notandū q̄ multa ſunt q̄
diſcere debem⁹ Primo diuini amo
ris diſciplinā Mat. xi. Diſcite a me
q̄ mi. ſum. a hu. corde Glō. Diſcite
v̄bo a exēplo vt ſitis huiles mētibꝰ
a mites morib⁹. huiles ei neminē
ↄtemnunt. mites nullū ledūt Cor
de vt q̄d ex operacōe ſit a ex corde ſi
at ne i corde lateat ſerpens in ſpē co
lube Aug⁹. Qui didicerūt a xp̄o ie
ſu mites a huiles eſſe corde. pl⁹ co
gitando a orādo pficiūt q̄ legendo
a audiendo Gloſa ſup matheū. Mi
tis ē queꝫ non afficit aſperitas vel
amaritudo mentis vel rācor vel ira
ſ; oia equimitr̄ ſuſtinet Ber. Sunt
aliqui mites q̄diu nichil agit̄ vel
dr̄ niſi p eorum arbitrio. ptꝫ q̄ lon
ge ſunt a v̄a manſuetudie ſi leuis
oritur occaſio Eccl̄i. xiiij. Beat⁹ vir
q̄ non eſt lapſus verbo ex ore ſuo a
qui non eſt ſtimulatus in triſticia

Glō. Qui verbū contēciōis nō hēt
in ore nec triſticiaȝ rācoris ī corde
hic mitis ē ⁊ poſſidebit vitā eternā
Mat. v. Btī mites qm̄ ipſi poſ. trā
ſ. viuēciū Tal' fuit btūs mathias
de quo legit̄ q̄ cū verbū dei p iudeā
p̄dicaret ⁊ m̄ltos ad fidē ɔuerteret
vn̄ iudei īdignati ī iudiciō eū ſtatuē
rūt ⁊ duo falſi teſtes eū accuſabāt
quod ipē cum omni manſuetudīe
ſuſtinebat. ⁊ poſtea eum lapida
bant. Et dum lapidaret̄ caput ei⁹
ſecuri pcutit̄ ⁊ ipſe patienter ſuſti
nuit ⁊ expaſſis ī celū manib⁹ ſpm̄
deo reddidit. Scdo debem⁹ ad diſcē
bn̄ viuēdi modū ⁊ ad deū veniendi
ſapiaȝ yſa. p̄. Quieſcite peruerſe a
gere ⁊ diſcite bn̄ facē Jo. vi. ē ſcrip
tū in pphetis. Omnes hoīes xp̄iane
fidei erunt docibiles dei. oīs qui au
dit a patre ⁊ didicerit ad me Glō
quia nemo venit ad me niſi pr̄ docu
erit euȝ. Quia ita teſtantur pphete.
Oēs homines xp̄iane fidei erunt do
cibiles di. Et q̄ ſi hoīes loquuntur
foris. int⁹ tamē ſolus de⁹ ſē ſuis ape
rit ⁊ inſtruit veritatis cognicōeȝ ⁊
amorem. ⁊ ita q̄cūqȝ audit ⁊ diſcit
a patre venit ad me. Pſal'. Da michi
intel. vt. diſ. man. tua. Iteȝ Audiā
quid loq̄tur ī me dn̄s de⁹. Sed q̄dā
ſunt qui ita didicerūt maliciā in cō
ſuetudineȝ deduxerunt q̄ bonuȝ di
ſcere non poſſunt. De q̄bus dicitur
Ihere. xiij. Si ē mutare pt ethiops
pellē ſuaȝ ⁊c̄. Tales fuerūt quibus
btūs mathias p̄dicauit. q̄ adeo in
durati fuerunt in malicia q̄ ab eo
nihil boni diſcē potuerūt. Cū enim
in macedonia verbū dei predicaret
dederunt ei bibere pocōeȝ intoxica
tam q̄ multos viſu p̄uauerat. quā
bibit ipſe In nomine ih̄u criſti ⁊
nullam leſionem incurrit. ⁊ tamen
p illaȝ pocioneȝ pl⁹ q̄ ducētī ⁊ q̄nq̄
gīnta excecati ſunt ⁊ ipē ſingulis
man⁹ imponens illuminauit eos
Diabol⁹ aūt in ſpē īfātis apparuit ⁊
ſuaſit illis. vt mathiā interficerēt
q̄ culturaȝ deoꝝ annichilaret Et cū
in medio eoꝝ ɔſiſteret trib⁹ dieb⁹
eum querentes eū minime inueni
re potuerūt. Tercia die maifeſtās
ſe eis dixit Ego ſum. quē poſt terguȝ
māib⁹ ligaſtis ⁊ fune collo īpoſito
crudelit̄ affixerūt ⁊ in carcereȝ eū in
cluſerūt vbi demones ei apparētes
dētib⁹ in eū fremuerūt ſȝ appropin
quare nō potuerūt. dn̄s aūt cū m̄lto
lumie veniens eū de t̄ra leuauit ⁊ vin
cula ſoluēs dulcit̄ ɔfortans euȝ ⁊
hoſtiuȝ aperuit. q̄ egreſſ⁹ verbū dei
p̄dicauit. Dū aūt q̄daȝ obſcurati n̄
credideruūt dixit eis Annuncio vob
q̄ in infernū deſcendetis Et mox ter
ra ſe apuit ⁊ oēs illos obſtinatos
deglutiuit. Reliq̄ vero ad deuȝ ſunt
ɔuerſi. Ex iſtis patȝ finis illoꝝ qui
malū diſcūt ⁊ nō bonū Tercio debe⁹
addiſcere futuroꝝ puidēciaȝ Prou.
vi. Vade ad formicā o piger ⁊ ɔſide
ra vias ei⁹ ⁊c̄. Glō ſi tātillū aīal p̄n
cipe carēs. racōis expers natura du
ce in poſteꝝ ſibi puidet Multo ma
gis tu hō ad ymagineȝ dei ɔditus
ad videndū eius gl'aȝ vocat⁹ docto
re tanto cū magiſterio adiut⁹ ipſū
ɔditorem hēs ducē. debes in preſen
ti fructus bonoruȝ operum congre
gare ex quibus in eternuȝ viues i

futuro· vñ Tulius Prouidētia eſt
virtus p quā q̄s ꝓuidet ea q̄ futu
ra ſunt Sen̄· ſi prudens fueis aim⁹
tu⁹· trib⁹ diſpenſet tpibus· p̄terita
recole· p̄ntia ordia· ⁊ futura ꝓuide
Talis fuit· b· mathias· Naȝ de eo
legitur ſic· Mathias de tribu iuda
⁊ de ciuitate bethleē de illuſtri ꝓſa
pia ortus· q̄ litteris tradit⁹ in breui
legis ⁊ ꝓphaꝝ ſētentiaȝ app̄hendit
laſciuiā abhorrens· pueriles ānos
morū hōeſtate ⁊ maturitate vince
bat Informat̄ q̄ȝ aim⁹ ei⁹ ad virtu
tem vt eſſet ad intelligētiaȝ habil
ad miaȝ facil· in ꝓſperis nō elatus
In aduerſis ꝯſtans ⁊ intrepid⁹· ſā
ta gebat vt q̄d ſenſu pcipet opere
ꝯpleret· ⁊ oris doctrinaȝ opacione
monſtraret· Hic cū p iudeā p̄dicaſ
ſet· corā pōtifice accuſabat̄· Et rn̄t
de obiectis· nō oportȝ me mlta di
cere qm̄ xp̄ianū eē nō ē criminis ſȝ
gl'e· Cui pōtifex Si tibi dat̄ iducie
vis penitere· Cui ille Abſit vt a veri
tate quā ſemel inueni p apoſtaſiā
regrediar·

### ¶De ſācto gregorio. F. xxx.

Ecce ſacerdos
magn⁹ q̄ in dieb⁹ ſuis pla
cuit deo· Eccī· xliiij· In iſtis v̄bis cō
mēdat̄ btūs gregori⁹ a magnitu
die ſc̄itatis ſue qꝛ placuit deo· Scien
dū āt qꝛ q̄tuor ſunt p que hō pōt
placē deo Primū ē vt deo reuerē
ter ſuiat· Scdm eſt vt primo ſuo
opa mie exhibeat· Tciū ē vt ſeipm
huilē reputet Q̄rtū vt volūtarīam
pauptateȝ amet· De p̄mo dī Hebr
xij· Habētes gr̄aā p quā deo ſuia⁹
placētes deo metu ⁊ reuerēcia· q̄ſi
diceret· Si vo bu⁹ deo placēē gr̄aā ei⁹
obtinere ſuia⁹ ei cū reuerentia ⁊ ti
more· Ps̄· Seruite dn̄o i timoē· Sā
ct⁹ āt gregori⁹ ab īfācia ſua deo ſ
uire ſtuduit iō deo placuit· vñ de
eo legitur Gregori⁹ de nobili ſtir
pe ſenatoꝝ ꝓgenit⁹ cui⁹ pat̄ gordia
n⁹ ⁊ mat̄ ſilina dicebat̄· cū diuicijs
plurimis abundaret· cogitare cepit
quō oīa deſereret ⁊ religionē intra
ret ⁊ ibi deo ſeruiret· Tandeȝ pre or
batus ſex monaſteria in ſicilia cō
ſtruxit ⁊ ſeptimum in vrbe romañ
in quo ſeipſum monachum fecit·
In quo tam r̄ligioſe vixit qꝛ omni
bus alijs exemplum bone vite pre
buit· In tantumq̄ȝ corpus ſuum
abſtinentia vigilijs ⁊ oracionib⁹
afflixit· vt vix ſubſiſtere potuit De
functo autem pelagio papa· tot⁹
populus eum licet plurimum reni
tentem in pontificē elegerunt· Cū
autem portas ciuitatis cuſtodirēt
ne effugeret· mutato habitu a q̄
buſdam mercatoribus obtinuit
vt in quodam dolio ſuper quadri
gam de vrbe duceretur Eductus er
go ſiluas pecijt ibiq̄ȝ tribus dieb⁹
latuit· Cum autem ab omni popu
lo ſolicite quereretur· columna nu
bis clara ⁊ lucida de celo dependens
ſuper locum i quo latebat appa
it In qua columna angelos deſcēdē
tes quidam reduſius aſpexit Moxq̄ȝ
ab vniuerſo populo capitur ⁊ tra
hitur ⁊ ſumm⁹ pontifex ordinatur
Tunc autem ſtudioſius q̄ ante

deo ſeruiuit· Secundum per quod
homo deo placet eſt· q primo ope
ra miſedie exhibeat Proue· xxi Fa
cere miſericordiā magis deo placꝫ
q̄ victie Mat· ix· ⁊ xij· Miam volo
et non ſacrificium et magis volo
miam q̄ ſacrificium aliqd Aug⁹·
Nihil ē qd nos deo tam amabiles
facit ſicut pietas· Hanc etiam ha
buit btūs gregori⁹· nam de eo legi
tur ſic Cū quadā die dum in mona
ſterio ſuo tranſiret āgel⁹ dn̄i i ſpe
cie naufragi affuit ſibiqꝫ miſereri
lacrimabilit̄ poſtulauit Cui cuꝫ be
atus gregorius ſex numos fecisſꝫ
dari · ⁊ ille abisſꝫ ⁊ alīa die redisſꝫ
ſeqꝫ multa perdidiſſe phibuit Qui
cum ab eodem iteruꝫ tot argēteos
recepisſꝫ· Iterum tercia die redijt
miſereri ſibi importunis clamoib
poſtulauit· Sed cum gregori⁹ a p
curatore didicisſꝫ· nihil aliud eſſe
dandum preterꝫ ſcutellam argente
am quam ſibi mater ſua cuꝫ legu
minibus mittere ſolebat in mona
ſterio remanſiſſe illam ſtatim pre
cepit dari quam ille letus accipiēſ
cum gaudio abſceſſit· poſt hoc ve
ro non multum tempis ſpaciuꝫ cū
papa eſſet ordinat⁹ q̄dam die pre
cepit camerario ſuo vt duodecim
pauperes ad prandium inuitaret·
qui cum veniſſent et in menſa ſede
rent· intuens eos papa· xiij· in men
ſa cōſpexit· dixit ergo cur plures vo
caſſet· Et ille eos nūerans tm̄· xij·
inueniens ait Crede mihi pater n̄
ſunt niſi· xij· Aiaduertit aūt papa
q vn⁹ eorū crebro vultu mutaret̄
ita q nunc iuuenis nunc ſenex ap
pareret· Quem duxit in cubiculum
ſuum querens quod eſſet nomen
eius qui ait· Quid queris de nomi
ne meo quod eſt mirabile· verum
tamen ſcias q ego ſum naufrag⁹
ille cui ſcutellam argenteam tradi
diſti· Et ſcias pro certo q d die illa
qua hoc feciſti deſtinauit te domi
nus fieri preſulꝫ eccleſie ⁊ domin⁹
me conſtituit in cuſtodem tuuꝫ ⁊
quid pecieris per me ab ipſo pote
ris impetrare ⁊ hijs dictis diſparu
it· Tāte eē pietatis erat vt nō ſolū
ꝓpinquis ſꝫ etiam longe poſitis ſcꝫ
in mōte ſinai ncāria miniſtrabat·
nā omniū indigētiuꝫ noīa ſcripta
habebat ⁊ eis liberaliter ſubuenie
bat Trib⁹ quoqꝫ milib⁹ ācillis dei
p quotidianis ſtipēdijs octingēta
libras auri ānuatī offerebat· Quo
tidie qꝫ ad menſā ſuā pegrios in
uitabat· inter quos vnus quadam
die acceſſit in cui⁹ manus dū ipſe
aquā effundere vellꝫ ex huilitate cō
uerſus vrnam accepit ⁊ ſtatim ille
diſparuit· Cūqꝫ hoc factū miraret̄·
ſeqūti nocte apparuit ei domin⁹ di
cēs Ceteris dieb⁹ in membris meis
heſterna autem die ī memet ipſo
ſuſcepiſti· ⁊ ſic patet eius miſericor
dia p quā deo placuit· Terciū per
qd homo deo placꝫ eſt huilitas Iu
dith· ix· Dn̄e humilium ⁊ manſue
torum tibi ſēper placuit deꝓcacio
Ihero⁹· Nihil eſt qd nos deo tam
caros efficit· q̄m ſi merito magni·
humilitate ſimus infimi· Bernar·
In alto non altū ſapere nichil deo
carius nichil hominibus rarius
Non enim magnum eſt in abiecti

one humilem eſſe. Magna pſ̄fus
et rara virtus. humilitas honorata
Talem huĩlitatem habuit beatus
gregori⁹ Qui cũ eſſet ſumm⁹ ponti
fex et dñs mũdi. huĩliorem ſe omni
bus reputauit. Nã ipe pmo ſuus
ſeruoruʒ ſcripſiſſe legitur. nũqꝫ ſe
laudari ab aliquo voluit. nam ſte
phanũ qui eũ in epl'is ſuis lauda
uerat de hoc reprehẽdit. Similiter
matronas ne ancillas ſuas ſe eſſe
dicerent Cũqꝫ quidam abbas ro
mam veniſſet et beatũ gregorium
p mediũ ciuitatis tranſire vidiſſʒ
voluit ei occurrere et vt decebat re
uerentiã exhibere Cernens ergo be
at⁹ gregori⁹ ꝙ in terram ſe vellʒ ꝓ
ſternere. pmo ſe corã ipo i trã ꝓ
ſtrauit. nec ſurrexit donec abbas
primo ſurgeret Pauperes ex humi
litate ad menſã ſuã inuitabat et p
ſonaliter ſuper manus eoꝝ aquaʒ
fundebat. Et ex tali huĩlitate pla
cuit deo Quartũ qd̄ in hoīe deo pla
cet eſt voluntaria pauptas. Quod
patet ex hoc. ꝙ criſt⁹ paup eſſe vo
luit. pauperem matrem habuit.
pauperes diſcipulos elegit. paup
tatẽ predicauit Mat. v. Btĩ paupe
res ſpiritu. i. volũtate. qm̃ ipſorũ ẽ
regnũ celoꝝ Ber. Non paupertas
v̄tus ẞ amor pauptatis v̄tus ẽpu
tat̃. Deniqꝫ. btĩ paupes non rebuſ
ſed ſpiritu iudicãtur. Talis fuit be
at⁹ gregori⁹. qd̄ bene dñs p exem
plũ patefec̃. Naʒ de eo legit̃ ꝙ illo
tempore erat quidaʒ eremita vir
magne ſanctitatis qui omnia ꝓpt̃
criſtũ relinquebat et nihil niſi vnũ
cattũ poſſidebat queʒ blande ſepe
in ſinũ ſuo refouebat Orauit autẽ
deũ vt ſibi oſtẽderet cũ quo futurã
remuneracõeʒ deberʒ accipe. ꝙ ob
eius amorẽ oĩa reliquiſſʒ. Quadaʒ
autẽ die ſibi reuelatur ꝙ cum gre
gorio romano põtifice remunera
cõeʒ ſperare deberʒ. Ac ille fortiter
ingemiſcens parum ſibi paupta
tem fuiſſe putabat ſi cuʒ eo remu
neracõem accipere deberet qui tan
tis diuicijs abũdaret. Ecce alia no
cte audiuit vocem dicentẽ ſibi. Poſ
ſeſſio diuiciarum nõ fac̃ diuitẽ ſed
cupido. Cur audis pauptateʒ tuã
gregorij diuicijs cõpac̃. q̃ magis
cattum tuũ quotidie blandiẽdo di
ligere cõprobaris. q̃ꝫ ille cũctis di
uicijs q̃s non amando. ẞ cõtemnẽ
do cũctis liberalit̃ diſpergit Sic pa
tet quõ ꝓpt̃ amoreʒ pauptatis pla
cuit deo. Tãdẽ cuʒ ſediſſet rome an
nis. xxiij. menſib⁹ ſex dieb⁹. xiij. in
pace quieuit. Rogem⁹ ergo. ac̃

De ſãcto benedicto. F. xxxi

Benedixit qꝫ dei et
erit benedict⁹. Geneſis. xx
vij. Verba iſta ſunt Iſaac quando
dederat filio ſuo Iacob benedctõeʒ
et poſſunt eſſe verba domini dicẽtiſ
ad beatum benedictum. Sciendũʒ
autem ꝙ benedictio domini datur
tribus generibus hominum. ſcili
cet mundiciam ſeruantibus. deum
timentibus. et miſericordiam faciẽ
tibus De primo dicit pſ̄. Innocẽs
manibus et mundo corde qui non
accepit in vano animam ſuaʒ nec
iurauit i dolo proximo ſuo. Hic ac
cipiet benedictõneʒ a domino. vbi

tangũtur quatuoꝛ in quibꝫ homo
debet mundiciã tenere. ſ. in opere.
Vnde dicit. Innocens manib⁹ ꝛ
mundus in operibꝫ. In cogitacõe
Vnde dicit. Mundo corde ꝛ cogita
tione munda. In deſiderio. vñ ſub
ditur. Qui non accepit in vano ani
mam ſuã ꝛ qui occupauit animã
ſuam vanis ꝛ immũdis deſiderijs
In locucõe. Vnde ſeq̃tur. nec iura
uit in dolo ꝓximo ſuo ꝛ qui non ẽ
doloſus in verbis ſuis ſed mund⁹.
hic ꝛ ille accipiet benedcõem a do
mino. Mundiciã illam dilexit ſcũs
benedictus. ꝛ ideo a domino benedi
ctionem accepit. vt enĩ mundiciã
ſeruaret: elegit ſobriã vitam. Vn
de de eo ſic legit̃. Beatus benedictus
cũ ſtudijs literalib⁹ a parentibus ſu
is traditus eſſet inſtruend⁹ in ſua
infantia: litteras deſeruit ꝛ deſertũ
petere decreuit. quem nutrix ſua q̃
eum tenerrime diligebat ſeq̃bat̃
Ipſe aũt vt mundiciã fortius ſer
uaret: occulte ab ea fugit in deſer
tum: ꝛ ibi trib⁹ annis incognitus
manſit. Solus aũt vnus mõchus
noĩe romanus ibidẽ eum eſſe ſci
uit: ꝛ neceſſaria ſibi miniſtrauit.
Accidit aũt ꝙ ſacerdos quidã ſi
bi ipſi cibos in die paſche prepaſſz
cui apparuit dñs dicens. Tu delici
as paras ꝛ ſeru⁹ meus benedict⁹
in deſerto fame cruciatur. Qui ſta
tim ſurgens: venit ad btũm bene
dictum ꝛ dixit ei. Sumam⁹ cibum
pariter. qꝛ hodie paſcha eſt. dñs
me miſit ad te. ipẽ aũt neſciebat
ꝙ paſcha eſſet. Dyabolus autem
eius mundicie inuidens mulierẽ
quandã quam olim viderat ante
mentis eius oculos reduxit: ꝛ ita
eum accendit vt pene eremũ relin
queret: ſed ſubito ex diuina grã
ad ſe reuerſus: ꝯtinuo ſe exuit: et
in ſpinis ſe adeo vulnerauit: vt to
to corpore vulnerato: ſanguis exi
ret ꝛ ſic temptacõnem deuicit. In
hoc patet ꝙ mundiciã amauit. ꝛ
ideo benedcõem meruit. Scđo be
nedcõ dei datur timentibus eũ. Ec
cle. pri. Timenti deum bene erit in
extremis ꝛ in die defunctionis ſue
benedicet̃. quõ aũt debemus time
re deũ docemur Eccl. xv. Qui timet
deum faciet bona. Talem timorẽ
habuit beatus bñdictus qui bonis
operib⁹ ita abundabat ꝙ eius fa
ma longe lateq̃ꝫ reſonabat. vnde
legit̃ ꝙ creſcente eius fama: multi
ceperunt exemplo eius mundũ re
linquere: et ad eius doctrinam fe
ſtinare. Cum autẽ cuiuſdã mona
ſterij abbas moreret̃: monachi
eum in abbatem petierunt: ꝛ ipſe
diu diſtulit dicẽs ſe non poſſe con
uenire moribus eoꝝ. tandẽ victus
aſſenſum prebuit. Cumq̃ꝫ eos ar
taret vt regulam ſtrictius ſuarẽt
venenũ ſibi bibẽdum ꝯtulerunt.
Sed cũ ipſe vas ſcẽ crucis ſignacu
lo ſignaret: ſtatim eſt ꝯfractum.
Tunc ipẽ dixit eis. deus miſereat̃
veſtri. qꝛ me interficere voluiſtis.
Nunq̃d enĩ predixi vobis. qꝛ vr̃is
moribꝫ non ꝯuenirem. Statimq̃ꝫ re
lictis illis ad deſertũ redijt: vbi cre
ſcentib⁹ ſignis: multi ad eũ ꝯueni
ebant. ꝛ ibidẽ. xij. monaſteria cõ
ſtruxit. Qđ antiqu⁹ hoſtis grauit̃

obiens: viſibiliter ei apparuit. et
ſtridens ſup eum dentibꝰ dicebat.
Benedcē. benedcē. ꝛ cum nihil ſibi
rñderet: dixit. Maledcē ꝛ non bñdi
cte cur me pſeq̄ris. Quadā die cū
panis ſibi deficeret ꝛ fratres mur
murarent: ait. nolite contriſtari.
cras hēbitis abundāter. Sequen
ti die ducenti modij farine ante fo
res clauſtri cū ſaccis inuenti ſunt
¶ Tercio datur bñdictio dei miam
facientibꝫ. Prouẽ. xxij. Qui pnus ē
ad miſericordiā a deo benedicet.
Ma. xxv. Venite benedcī pcipite
regnū dei. Eſuriui: ꝛ dediſtis mihi
manducare. Iſtam virtutem ſue
miam habuit beatus bñdictus.
Vnde legit de eo q quodā tpe cū
totam puinciam fames valida oc
cupaſſet: vir dei oīa que hīc pote
rat egentibꝰ erogauit: ita q nihil
in monaſterio remaneret niſi mo
dicū olei in vaſe vitreo: idipſū iuſ
ſit cuidā pauperi dari. Cellariꝰ ve
ro inobediens nihil dedit. Qd cū
vir dei pcepit vas cū oleo extra fe
neſtrā pijci iuſſit: ne aliq̄d in mo
naſterio p inobedientiā remanēt.
Proiectū itaqꝫ eſt vas ſupra lapi
dem ꝛ non eſt cōfractū: nec oleum
effuſum. Tunc iuſſit illud tolli et
pauperi dari. Et orante beato bene
dcō dolium plenū olei de illo vaſe
eſt effuſum. Poſtq̄ multis annis
claruit: eodē anno quo moriturꝰ
erat: mortem ſuā fratribꝰ ſuis pre
dixit. ꝛ ante ſex dies iuſſit ſibi fie
ri ſepulchꝝ. ꝛ ſexta die ante diem
obitus ſui fecit ſe portarē ad orato
rium ꝛ pcepta ſacra coione: eleua
tis in celū oculis ſpm̄ emiſit. Eode
die duo fratres viderunt viā palli
js ſtratam. ꝛ lampadibꝰ innume
ris coruſcantibus ab eius cella in
celū tendentibꝰ ꝛ ecce vir quidam
ſcūs ait. Hec eſt via q̄ dilectus dei
benedictus in celū aſcendit. Rogeꝰ

¶ In annunciacōe beate marie.
¶ Sermo. xxxij.

IN ſole poſuit ta
bernaculū ſuum altiſſimus ꝛ deꝰ.
Pſ. xviij. Deus tabernaculū ſuū
poſuit in ſole: qn̄ humanā natu
ram in vtero btē virginis marie aſ
ſumpſit. Notandū q beata virgo
maria cparat ſoli ppter duo. ſ. pp
ter luminis coitatem ꝛ ſplendoris
ſubtilitatē. Primo beata virgo cō
patur ſoli q ſol cōis eſt oibus ho
minibꝰ tam pauperibꝰ q̄ diuitibꝰ
tam infirmis q̄ ſanis: ꝛ oibus in
differenter. Sic btā virgo cōis eſt
omnibus tam pauperibꝫ q̄ diuiti
bus. tam infirmis q̄ ſanis. ſine p
ſonarū acceptcōne oibus eam inuo
cantibꝰ: lumen grē ſue miniſtran
do. Math. v. Solem ſuū oriri facit
ſup iuſtos ꝛ iniuſtos. ſup bonos
ꝛ malos ꝛ pluit ſup omnes equa
liter. Sic pluit ꝛ effundit lumen
grē ꝛ aquam mīe ſup oēs q̄ eam
inuocant. Ber. Ille ſolus a laudi
bus eꝰ taceat: quicunqꝫ eā inuoca
tam in ſuis nc̄itatibus meminerit
defuiſſe. q. d. hoc nunq̄ ↄtigit. Vn
de ipſa dicit eccī. xxiiij. Trāſite ad
me om. qui ↄcu. me. Ber. Peccōꝝ

quantumcunq̄ʒ ſceleribꝰ ⁊ toti mun
do deſpectū pia mr̄ non deſerit: nec
deſpicit . ſed pia manu tenet ⁊ fo
uet: donec tremendo iudici miſeꝝ
reconciliet. Exemplū. Fuit in quo
dam clauſtro virgo quedā caſtiſ
ſima ⁊ beate virgini multū deuota
beatrix noīe officiū cuſtodis ferēs
claues clauſtri ⁊ res ecclīe habuit
in cuſtodia. Huius ſctītate ſpiritꝰ
immundꝰ inuidit: et eam ſpū for
nicatōnis grauiter ſtimulauit In
ſup quendā adoleſcentē ad amorē
eius ꝓuocauit . q̄ aggreſſus eam:
ſalutare eam cepit. ⁊ illa dyabolo
inſtigante ꝯſentit. ⁊ depoſito hītu
cū recedere vellet ad altare btē ma
rie virginis acceſſit ⁊ vt ꝯſueuit ſa
lutauit. O beata virgo mater mīe
claues ecclīe tibi cōmitto. quia in hoc
clauſtro diutiꝰ manere nequeo. ⁊
poſitis clauis cū hītu ſup altare re
ceſſit cū iuuene . ⁊ non longe poſt
ꝙ ille cōpleuerat voluntatē ſuam
cū ipſa: ipſam ſeductor ille miſerā
reliquit. Quid nā faceret illa miſe
ra ignorabat. ⁊ ad quē ſe verterꝫ
⁊ facta eſt publica meretrix: ⁊ in
tali miſeria .xij. annis vixit. Qua
dā die ex caſu ꝑtranſibat clauſtꝝ
illud de quo apoſtatauerat ⁊ reco
gitans ſtatū ſuum in quo fuit . et
miſeram illam vitam in q̄ iam erāt
amariſſime flere cepit: ⁊ retrahēs
a ꝯſortibus ſuis acceſſit ad portā
clauſtri ⁊ dixit portenario Noviſti
etiā aliquam puellam in hoc clau
ſtro noīe beatricem. Cui ille. noſco
adhuc hodie. Ac illa. Cognoviſtine
illam beatricē q̄ fuit cuſtos ecclīe:
que ante .xv. annos apoſtatauit.
Cui ille. Eadē beatrix q̄ ante .xv. an
nos fuit cuſtos hꝰ ecclīe: adhuc vi
uit in eadē ſanctitate qua ſp vixit
⁊ nunꝙ de clauſtro exiuit. Illa nō
intelligēs putans ꝙ de alia diceꝛꝫ
⁊ ingemiſcens abſceſſit. Cunq̄ʒ ſic
iret circa muros clauſtri ſedule ſu
ſpirans ait. O mr̄ miſericordie ꝙ
tenerrime diligebā te quō me mi
ſeram ad tantam miſerā labi per
miſiſti. O mat̄ miſericordie. ſola
men miſeroꝝ: da mihi finē hꝰ mi
ſerie. Cūq̄ʒ hec ⁊ ſimilia diceret ⁊ a
mariſſime fleret: vidit in fine mu
ri ꝑuum hoſtium apertū: ⁊ quan
dam pulcherrimā dn̄am ꝓſpicien
tem: ⁊ dicētem ſibi. O beatrix quo
vadis. reuertē filia mea cariſſima
reuertere in locū tuum. Ac illa ſtu
pens ait. O dn̄a vnde me noſcis.
Cui illa Sū illa mater mīe cui velū
tuū ⁊ hītū ⁊ clauē cōmiſiſti: ⁊ vſq̄ʒ
nunc vices tuas habui in hoͦ clau
ſtro. ⁊ ita officiū tuum ꝯpleui: vt
nemo vnꝙ tuam abſentiā ꝯſidera
ret. Reſume ergo hītum tuū ⁊ cla
ues ⁊ reuertere ad officiū tuum quia
nemo accuſabit te de tua abſētia.
⁊ obtinui tibi apud filiū meūꝫ in
dulgentiā oīm peccatoꝝ tuorum.
⁊ hoc dicto induens ei hītuꝫ ⁊ red
dens ei claues euanuit. Illa autēꝫ
intrans clauſtꝝ: ſuum officiūꝫ fe
cit ſicut prius ⁊ nemo quicꝙ ſibi
dixit. Sic ergo pꝫ ꝙ beata virgo ꝯmu
niter grām ſuam impertitur omni
bus ⁊ nullū pctōrem quantūcun
q̄ʒ magnū ꝯtemnit. nullū etiā qū
tumcunq̄ʒ paupem deſpicit Exēplū

J iij

Erat quidam hō͞ qui pauperē vi
tam oībus dieb⁹ vite ſue duxerat
hoſtiatim panes rogans. ⁊ q̄uis
paup eēt: tn̄ beate virgini fuit val
de deuotus ⁊ quicq̄d victui neccārio
ſupfuerat: totū alijs pauperibus
ob reuerentiā beate virginis ero
gauit. ſed egritudinis moleſtia ta
ctus tremendū iudiciū expauit. ⁊
ingemiſcens ait. Quis mihi pau
peri ſubueniet corā tanto iudice:
q̄ nihil in eius hōre pauperib⁹ da
re potui: cum ab infantia pauper
⁊ mendic⁹ exiſterem. Statimq̄ af
fuit ei beata virgo cū choris ange
loꝝ ⁊ virginū dicens. O hō quid tre
pidas corā filio meo ⁊ patre: pu
tas me immemorē eſſe q̄d in meū
hōrem feciſti. Crede q̄ ꝓpter tuā in
opiā te non ꝯdemnabo. Mr̄ enī ſuꝫ
oīm tam diuitū q̄ pauperꝝ. diligo
eos q̄ meū implorant auxiliū ſecu
rus eſto. ego enī coram filio meo
aſtabo tibi ⁊ veniā oīm pctōꝝ tuo
rum tibi impetrabo. Tunc ille gau
dens vocato preſbro. ſumptoq̄ vi
atico ſpm̄ dn̄o ꝯmēdauit. Scd̄o bea
ta virgo ꝯpatur ſoli ꝓpter ſplendo
ris vtilitatē. Sicut enī ſol immittit
radiū ſuum per puum foramen: ⁊
illuminat ſplendore ſuo totam do
mū. ſic beata v̄go maria ꝓpter mo
dicū ſeruiciū ſibi exhibitū infūdit
pctōri radium grē ſue mīe. Ipſa
enī dicit. P̄. ij. Quicūq̄ hōrificaue
rit me: glorificabo eū. Exemplum.
Quidā miles in quadā via ꝯmuni
caſtꝝ habebat ⁊ oēs tranſeūtes ſpo
liabat. Attendens quantus pctōr
eſſet ⁊ predo: quotidie tn̄ beatam
virginē cū vno aue maria ſaluta
uit: ⁊ ꝓpter hoc idē ſeruiciū ſaluus
fiebat. Accidit aūt q̄ quidā religi
oſus illuc tranſiret ⁊ cū vellent eū
ſerui militis ſpoliare: rogauit vt
eū ducerent ad dn̄m ſuū. Adduct⁹
ḡ rogauit militē vt omnes ſeruos
ſuos ꝯuocaret: vt eis verbum dn̄i
predicaret. Quibꝫ ꝯgregatis ait. ne
quaq̄ eſtis hic oēs. ⁊ pquirētib⁹
oībus tn̄ camerari⁹ defuit. qui cū
duceretur ad virū dei: more obſeſſi
caput mouit ⁊ nō audebat accede
re. Cui vir ſcūs ait. Adiuro te vt di
cas nobis quis ſis ⁊ vnde veneris
huc. Ac ille. Heu cogor dicere. ego
ſum demon miſſus a lucifero. ⁊ xi
iij. annos ſic cū iſto milite manſi: vt
quacunq̄ die dn̄am ſuā non ſalu
taſſet: ego eū iugulare deberem. Ille
āt hoc nullo die pretermiſit. ⁊ ſta
tim demon euanuit. Miles aūt ceci
dit ad pedes eius veniā poſtulans
⁊ vitam ſuam emendauit

De eodem. F. xxxij.

Beatā me dicēt
omnes generacōes. q2 fe.
mi. ma. q̄ po. eſt Luc. Verba iſta
ſunt beate marie virginis poſt cō
cepcōem filij ſui. In quibꝫ verbis
facit duo. Primo hortat̄ nos ad
ſuam laudē ⁊ benedccōem. ibi. Bea
tam me dicent. Scd̄o inducit bene
dccōis rationem. ibi. q2 fecit mihi
magna q̄ potens eſt. q. d. q2 ipſe
de⁹ magna circa me fecit. ⁊ me in
matrem elegit. ⁊ ideo merito oēs

generationes hoim me benedicere
⁊ laudare debent. Dicitur enī heſt.
vi. Honore dignꝰ eſt quēcunqꝫ
rex voluit honorare. Ex quo igitur
rex celeſtis beatam virginē honoꝛ
rauit ⁊ benedixit: merito nos eā ho
norare ⁊ benedicere debemus. Debēt
aūt eam benedicere boni ⁊ mali ꝙ
ipſa pacē reformauit inter deū ⁊
hoiem. ⁊ ſnīam ꝯtra hoiem dataꝫ
mutauit. Ideo ipſa figurata eſt ꝑ
reginā heſter: ꝗ mutauit aſſueri
regis ſnīam datam ꝯtra filios iſrl.
Nota hiſto. Aman hoſtis erat iu
deoꝝ. cū aſſuerus eū honorauit: mar
docheꝰ noluit eū honorare. Qua ꝓp
ter volens delere iudeos: ꝓmiſit re
gi aſſuero. x. milia talentorum vt
eos deleri pmitteret. Et tradidit ei
rex anulū ſuum dicens. Argentuꝫ
tuū tibi ſit. fac de iudeis quod tibi
placet. Tunc ſcripſit aman lrās
anulo regis inſignitas. ⁊ miſit ꝑ
totum regnū. ⁊ iuſſit ꝙ omnes iu
dei ſuſpenderent. Quod audiens re
gina heſter: ad regem intrauit: ⁊
mutauit ſnīam illam quā aman
ꝓparauit. Et factum eſt ꝙ amā in
patibulo ſuſpēderetur: ⁊ iudei libe
rati ſunt. Nota totam hiſto. Per
regem aſſueꝝ qui interpretat̄ bea
titudo ſignificat̄ rex celeſtis cui ōs
ſancti ꝓclamant Sanctus. ſcūs. ſā
ctus dn̄s deꝰ ſabaoth ꝟ ops. Hic
dedit ſnīam mortis ꝯtra filios iſrl.
ꝟ cōtra genus humanū in tranſ
greſſione primi pn̄tis. Dixerat ei
eis dn̄s vt de omi ligno paradiſi co
mederent: preterꝙ de vno ligno de
quo precepit eiſ ne comederent di
cens gen̄. ij. Quacūqꝫ hora cōederi
tis de hoc ligno: morte morieīmi.
Cuꝫ aūt de ligno comediſſent: ſta
tim ſignati erant ad mortem: ita
ꝙ nullus hoim in quinqꝫ milibꝰ
annoꝝ ꝑuenire poterat ad regnū
celorum. Iſtud aūt factū fuit per
aman ꝗ interpretat̄ iniquus. ⁊ ſi
gnat dyabolū iniquiſſimuꝫ qui ꝑ
ſuaſit eis vt pomū comederent: di
cens ad euā. Cur precepit deuſ vt
comederetis de omni ligno paradiſi
preterꝙ de illo. Que dixit. ne for
te moriamur. Cui ille. Nequaꝙ: ſꝫ
quacunqꝫ hora comederitis ꝗſi dij
eritis. Hoc mō decepit eam ⁊ om
nibus nobis ſententiā mortiſ ꝓcu
rauit. Iſta ſententia ꝑ nullum
ꝯmutari potuit niſi per heſter que
interpretat̄ eleuata in populis: ⁊
ſignificat mariā quā rex celeſtis i
reginam elegit ꝓpter humilitatem
ſuā. nam cuꝫ rex aſſuerus multas
virgines de toto mundo cōgregaſ
ſet: adducta eſt heſter paupercula
⁊ humilis virgo ⁊ illa inuenit gra
tiam in cōſpectu eius. ⁊ fecit eāꝫ re
ginam. Sic rex celeſtis inter oīs
virgines ⁊ mulieres huiꝰ mūdi: ma
riam humilem ⁊ paupculam vir
ginē elegit. Unde ait angelus ꝗ
nunciꝰ fuit dicens. Benedcā tu in
mulieribꝰ ꝟ ſuꝑ omnes mulieres
inueniſti grām apud dn̄m. Ecce ꝯ
cipies in vtero. ⁊ pa. fi. ⁊ vo. no. eius
ihesus ꝟ ſaluator. Ipſe enī ſaluuꝫ
faciet ꝓplm ſuū a peccatis eorum.
Un̄ dicit aug. O felix maria ꝗ ſo
lu ⁊ tm̄ ꝑ nobis ꝓtuliſti ſaluato
rem. ex te natꝰ eſt ꝗ in ſe credentibꝰ

tribuit vitam eternam Et ſicut ille
iniquꝰ aman ſentētiā mortis quā
alijs ꝓcurauerat ſolū ſibiipſi in
tulit: ſic ſolus dyabolus eternalit̄
ↄdemnabit̄ ſine ſpe aliq̄ recuperā
di. nos vero liberati ſumꝰ de morte
eterna ſi volumꝰ de peccatis nr̄is ab
ſtinere Sedꝫ debent eā ſpecialiter
pc̄tōres laudare ⁊ bene dicere. q̄a
iraꝫ dei ↄtra nos mitigat ⁊ placat.
Ideo bene figurata eſt per abigail
q̄ iram regis dauid contra nabal
carmeli mitigabat. nota hiſto.
.i. Rex xv. Cū dauid lateret in quo
dā deſerto ⁊ egerꝫ: miſit ad nabal
diuitē qui ↄuiuiū fecerat: rogans
eum vt ſibi aliq̄d de ↄuiuio ſuo ad
comedēdum mitteret. q̄ nō̄ hēet.
Ille aūt noluit: ſed ſibi imprope
rauit q̄ eēt ſeruus fugiens: ⁊ ſub
ſannauit eū. Qd cū nuncij retuliſ
ſent iratus dauid: armauit ſe cuꝫ
tricētis viris ⁊ iurauit q̄ delere vel
let nabal cū omni regno ſuo: ⁊ cū
oī domo ſua. Qd intelligēs abiga
il vxor nabal occurrit cū pane ⁊ vi
no ⁊ carnibꝫ ⁊ cadens ad pedes eiꝰ
dixit. Ego ancilla tua: ⁊ non vidi
nuncios tuos quos miſiſti mi dn̄e
⁊ placatꝰ eſt dauid. Dauid enim
interpretat̄ manu fortis ⁊ ſignifi
cat regem celeſtē: q̄ fortior eſt om
nibꝰ regibus terre. Iſte mittit nū
cios ſuos .i. predicatores vel bonas
cogitacōes vel inſpiracōnes ad do
mū nabal ſtulti .i. pc̄tōris. q̄ ſtul
tus dr̄. q̄ ꝓ modica delectacōe: cu
pit ꝑdere eternā iuſticiā ⁊ leticiā.
Mittit aūt nuncios ſuos vt reuocēt
eū a peccatis ⁊ faciat deo fructū bo
norū operum: ſed ſtultus .i. pc̄tōr
remittit nūcios ſine fructu ⁊ cōtem
nit nuncios dei ꝓpter qd dn̄s iraſci
tur pc̄tōri vt ſtatim occideret eum
ſi non intercederet abigail q̄ inter
pretat̄ prudens: ⁊ ſignificat virgi
nem mariā: que ꝑ prudentiā ſuaꝫ
deū placat: quē nos ꝑ ſtulticiā irri
tauimus. Exemplū de theophilo.
req̄. in ſermo. de purificacōne. Ecce
venit ad templū ⁊c̄ Item aliud ex
emplū. Fuit quedā meretrix publi
ca: q̄ ſeptem annis inconfeſſa ma
nebat. Quadā die occurrit cuidā
ſacerdoti deuoto noīe zacharias:
eum inanibꝫ verbis ſalutando Ac
ille erubeſcens neſciuit q̄d rn̄deret
Dixit autē. o bona mulier ora deuꝫ
ꝓ me. Cui illa. doce me quō orare
debeā. Ac ille. vade ad hoſtiū eccl̄ie
talis in q̄ inuenies depictaꝫ imagi
nem beate marie virginis ⁊ dic ta
liter. Domine celi ⁊ terre q̄ ꝓ pecca
toribꝰ naſci dignatus es: miſerere
illi ſacerdoti q̄ me miſit ad te Qd ſi
feceris: ego te remunerabo Illa āt
ſperans aliq̄d conſequi ab eo: iuit
illuc. ⁊ flexis genibus ſic orauit.
Tunc imago pueri cū indignacō
ne vertit ſe ab ea ⁊ dixit matri ſue
Audi mr̄ amantiſſima miſerabilē
et mirabilem euentum. peccatrix
maior de mundo inuocat me ꝓ di
lectiſſimo amico meo. pro ſe autē
non orat. Cui mater. O dilectiſſime
fili mi ignoſce ei. q̄ te ex inſipiētia
ꝓuocauit: et in iuuentute orbata
fuit patre ⁊ matre q̄ debuiſſent eā
informaſſe. Da mihi dulciſſime fi
li mi peccatū illius. nam maior eſt

tua gratia ⁊ miſericordia q̄ꝫ pecca
toꝝ ſtulticia· ſi ergo ei ꝓpicius ꝓ
ter me ⁊ ꝓpter dilcūm tuū q̄ ipſaꝫ
huc miſit· Tunc puer dīdit· Non
eſt fas ꝙ tibi aliq̄d denegem· quic
q̄d volueris poteris impetrare· Di
miſſa ſunt ei oīa pctā ſua: ſtudeat
amplius cauere ea· Ac illa ꝯfeſtim
rediijt ⁊ dixit ei oīa que acciderant
⁊ audacter ⁊ humiliter ꝯfitēs pec
cata ſua vitam ſuā emendauit·
Tercio debent beatam virginē bn̄
dicere ⁊ laudaꝛ̄ ſpecialiter omnes
boni· q ipſa eſt adiutrix eoꝝ in tē
ptationibus· ⁊ impugnationibꝰ
dyaboli· Vnde bene figurata eſt p
iudith q̄ adiuuit filios iſrahel q̄s
holofernes īpugnauit ⁊ caput eiꝰ
abſtulit· Nota hiſto· iudith· xiij·
Cū holofernes totū mundū circui
ret ⁊ omnes terras ⁊ ciuitates im
pugnaſſet: tandem venit ad ter
ram filioꝝ iſrl̄· Qđ illi audientes
preparauerunt ſe ad reſiſtendū ſibi
Qđ audiens holofernes: acriꝰ pu
gnauit ꝯtra eos: ⁊ obſedit betuli
am ⁊ abſtulit ab eis aquā que in
fluebat ciuitatē · ⁊ cū nimis affli
gerent̄ in ciuitate: erat quedā vi
dua in ciuitate illa noīe iudith ca
ſta ⁊ pulcra q̄ ornauit ſe ⁊ exiuit
ciuitatē cum vna ancilla: ⁊ venit
ad holofernē qui captus eſt in pl
chritudine querens quaꝛ̄ illuc ve
niſſet· q̄ ait· Populus meꝰ graui
ter offendit deū ſuum· ⁊ miſit me
hic nunciare tibi vt tu capias ciui
tatē· Quarta die miſit ad eā holo
fernes vt dormiret cū eo· que ait·
Quicq̄d tibi placuerit: ego faciā·
Ille āt gauiſus bibit vinū plus q̄ꝫ
in vita ſua vnq̄ꝫ bibebat ⁊ nocte ia
cebat ſopitꝰ nimia ebrietate ⁊ dor
miebat· Illa autē accepto gladio
eius: amputabat ſibi caput ⁊ de
dit puelle ſue· ⁊ reuerſe ſunt ad ci
uitatē ⁊ de mane cū exercitus eius
inueniret eū ſine capite: territi ſūt
⁊ egreſſi de ciuitate ciues ꝓſtraue
runt illos· Holofernes interpreta
tur infirmitas ⁊ ſignificat dyabo
lum q̄ adeo infirmus ⁊ debilis fuit
ꝙ nullū vincere pōt niſi volentem·
Ber· Debilis eſt hoſtis q̄ nullū vi
cere pōt niſi volentē· Iſte impugnā
uit filios iſrael .i. viros ꝯtemplati
uos ⁊ bonos q̄ ſe magis opponūt q̄ꝫ
mali· Gre· Hoſtis nr̄ quanto ma
gis nos ſibi ꝯtrabellare conſpicit:
tanto magis impugnaꝛ̄ intendit
Illos vero temptare negligit: q̄s
quieto iure ſe poſſidere ſentit· Sed
per adiutoriū iudith liberant̄· Iu
dith interpretat̄ glorificans deū:
⁊ ſignificat beatam virginē mariā
q̄ glorificauit deū dicens· magni
ficat aīa mea dn̄m· Iſta amputa
uit holoferni caput .i. dyabolo ptā
tem ſuam· Ber· Non ſic timent ho
ſtes viſibiles quamlibet mltitudi
nem caſtroꝝ copioſā ſicut inferni
ptātes marie vocabulū· ⁊ fluūt ⁊
pereunt· ſicut cera a facie ignis vbi
cunq̄ꝫ inueniunt huiꝰ noīs crebram
inuocacōem· Exemplū de ſcā mo
niali que temptabat̄ a dyabolo·
req̄· in ſermo· precedenti· Item ali
ud exemplū· Duo ſcolares renūci
antes ſclo clauſtꝝ ingrediunt̄: ſꝫ
dyabolꝰ multū tēptauit vnū eoꝝ

vt ad ſeculū redirt. Cui temptati
oni reſiſtere non valens dixit ſocīo
ſuo. Rediē me oꝫ ad ſeculū. quem
cū ille retinere nullaten⁹ poſſet ait
veni ad altare btē marie virginis
ꝛ eā prius ſalutem⁹. Cūqꝫ oꝛōem
facerent. ille q̄ temptabat̄ q̄ſi oꝛa
re videbat̄: ſed coꝛ eius vt citi⁹ exi
ret cruciabat̄. Socius aūt eius vb
rime cū lacrimis beatam virgineꝫ
inuocabat. ꝛ cū fleret: ille q̄ temp
tabat̄ quaſi in extaſi raptus vidit
beatam virginē lacrimas ſocij ſui
recipientem pallio ſuo ꝛ filio ſuo
oſtēdentem ꝛ dicentē. O dulciſſime fi
li mi q̄ ſemp exaudis te ſupplicit̄
inuocantes: ſuſcipe has lacrimas
ſerui tui ꝛ affectū peticōis concede
Cui filius. O mr̄ non ē fas ꝙ tibi a
liq̄d denegē: fac cū eo ſic vis. Tūc
ille q̄ſi de ſomno euigilans ſociuꝫ
ſuū adhuc flentē eleuans: ꝛ ad pe
des eius ſe pſternens ait. Hodie p̄
cibus beate marie virginis ꝛ lacri
mis tuis ab oī temptacōne ſum li
beratus. Ad clauſtꝝ ḡ redeamus
ꝛ grates btē virgini referam⁹.

## De ſancto georgio martire.
## Sermo. xxxiiij.

Induite vos arma
tura dei vt poſſitis ſtare aduſus in
ſidias dyaboli. Ephe. vi. Militem
ſtrennuū oꝫ primo indutū eſſe ar
mis. deīde debet ire contra hoſtes
pugnando. Hoc ſciens apl's pri
mo milites xp̄i armat cū dt. indui
te vos ꝛc̄. deīde armatos mittit ad
pugnā cū dicit. vt poſſitis ſtare ꝛc̄.
Et beat⁹ georgius fuit miles xp̄i:
imo princeps ꝙ erat tribun⁹. Et
idō hec verba p̄nt ſibi cōuenire. in q̄
bꝫ cōmendat̄ primo ab inductiōe
armoꝝ. ſcdō ab expugnacōne ho
ſtiū. Circa primū nōndū ꝙ ipē ha
buit q̄druplex genus armoꝝ. ſ. cli
peū. galeā. loricā ꝛ gladiū. p q̄ ſig
nant̄ arma ſpūalia. ſ. ꝙ hūit fidē.
ſpem. caritatē ꝛ bonā opacōꝫ. Pri
mo ḡ habuit fidē tanq̄ clipeū. ſic
legit̄ de eo ꝙ cū videret ꝙ datian⁹
impator cōpelleret hoīes ad ſacrifi
cia ydoloꝝ: ipē in mediuꝫ pſiliens
clamauit. d. Oēs dij gen. de. do. au
tem ce. fe. in oībus ſumens clipeū
fidei. Scdō habuit ſpē bonā tanq̄
galeā. Vnde legit̄ de eo ꝙ cū mag
na pſecutio eēt ꝛ multi fidē xp̄i ne
garent: ipſe ſpem hn̄s in dn̄o oēs
xp̄ianos ſua doctrina ꝛ verbis cōfoꝛ
tabat. Tercio habuit caritatē dei
ꝛ pximi tanq̄ gladiū. Cū em̄ ſicut
legit̄ de eo tantā pſecucōem ꝛ tan
tum timoꝛē videret in xp̄ianis ꝓpt
nimiā ruinā ꝛ pdicōem ppl'i: gla
dio caritatis fuit vulnerat⁹. Quar
to habuit opationem bonā tanq̄
loricā. Vnde legit̄ de eo ꝙ cū eēt di
ues: oēs diuitias. oēs ſeruos. totuꝫ
ſtatū milicie ſue deſeruit ꝛ ſeruicō
dei ꝛ pximoruꝫ ſe totalit̄ mancipa
uit. Sicut em̄ loꝛica totū coꝛpus te
git ꝛ munit: ſic bona opacō oꝛnat
aīam ꝛ defendit. ꝛ ideo dixit apl's
Ro. xiij. Induamur arma lucis. bo
na em̄ opatio ſunt arma: inq̄ntuꝫ
aīam oꝛnant. Ex opacōe em̄ beati
georgij oꝛnati debemus. ꝙ per hec

arma demus obtinere regnū celo
rum. Hoc figuratū eſt iudith. xv
iij. Legit̄ eni ꝙ cū filij dan non ac
cepiſſent ſorte inter ceteras tribꝰ
accincti armis bellicis abꝗ̊ fierunt
terraȝ opulentam in q̄ nulla erat
penuria. gl. Per filios dan deſig
nantur pctōres. Dan interpretat̄
iudiciū. q̄ ſunt filij iudicij ⁊ non
mīe. Hij merito nō accipiūt ſortē
hereditatis ꝓpter pctā: ſed poſtea
recipiētes arma virtutū recuperāt
qd ꝑ pctm̄ amiſerant. ſ. terraȝ cele
ſtis regni in qua nullꝰ eſt defectꝰ.
Scdō ꝯmendatur ab expugnatio
ne hoſtiū cum dī. vt poſſitis ſtare
aduerſus inſidias dyaboli. Circa
legit̄ in quodā libro de miraculis
ſcōrū ꝙ quidā mgr̄ feſtum ſcī bar.
omni āno ſolemniter celebrabat
Cui predicanti demon in ſpē vnius
puelle admodū ſpecioſe apparuit
quā inſectis oculis ad prandiū in
uitauit. Qui dū in menſa ꝯſiſtēnt
ꝯ illa in amorē ſuum multū eum
allicere niteba̅t. beatus autē bar.
pre foribus in ſpecie pegrini affuit.
ꝯ vt amore ſcī barthol. introduce
retur obnixius flagitauit. Qua diſ
ſuadente: panis ei mittitur: ſed ille
hunc accipe recuſauit. rogauit tñ
mgr̄m ꝑ nunciū vt ſibi diceret q̄d
in hoīe ꝓprium eſſe putaret. Cui cū
ille riſibile diceret. Puella rñdit.
Imo peccatū quo hō ꝯcipitur. naſ
citur atq; viuit. Cui bar. rñdit ꝙ
ille bene intulit ſed mulier ꝓfundi
us indagauit. Secūdo dictus peregri
nus mgr̄o miſit vt ſibi diceret. q̄s
locus vnius pedis eſſet vbi deus in ter
ra multa miracula oñdiſſet. Cui
cū ille dicerꝫ. Locus crucis in quo
deus mirabilia opatus eſt. Illa rñt
Imo caput hoīs qui quaſi minor
mundus exiſtit. Vtramq; apl's ſen
tentiā approbauit. Tercio q̄ſiuit
quanta diſtantia eēt a ſummo ce
li vſq; ad ꝓfundum inferni Cui cū
mgr̄ ſe neſcire diceret. illa ait. mō
video ꝙ ꝑ recipitur: ſed ego hoc no
ui. ꝙ de altero ad alterū cecidi. ꝯ oꝫ
ꝙ hoc tibi oñdam Tunc dyabolus
cum magno eiulatu ſe in abiſſuꝫ
precipitauit.

In decollatione iohannis.
Sermo. lix.

Miſit herodes
rex manus ꝯ tenuit iohā
nē. Mar. vi. Legit̄ in hiſto. ſcolaſ.
ꝙ herodes antipa ꝯ philippus frēs
carnales erāt ꝯ ſe de gentilitate ad
iudaiſmū tranſtulerūt. Cū quodā
tpe herodes romā ꝑgeret ꝯ tranſi
tum faceret ꝑ domū fratis ſui phi
lippi ſecrete cū herodiade vxore fra
tris ſui pepegit ꝙ in reditu ſuo vx
orem ſuā repudiaret. ꝯ ipſā in cō
iugē duceret. Qd cū vxor herodis
intelligeret: nō expectato reditu eius
ad prem ſuum in damaſcū eſt re
uerſa. Audiens hec herodes hero
diadē fratri ſuo abſtulit. Iohes
āt eū de hoc arguebat ꝙ ſcḋm legē

quā acceperāt fratris ſui vxorē:ip
ſo viuente ſibi minime ducere lice
ret Vidēs herodes q̄ iohēs eū ſup
hoc tam durē redarguit:eū in carce
rem miſit in caſtello machetunta
Et hoc eſt qđ dī·miſit hero·rex ma
nus ac̄·Dicebat aūt iohēs·Nō lꝫ
tibi hēre ꝯiugem fratris tui ipō vi
uente·ipſo em̄ mortuo olim licuit
Herodiades autē inſidiabat̄ iohi
ꝗ volebat occidere eū:nec poterat·
ſed herodes metuebat iohēm·q̄
ſciebat eū virꝫ iuſtū ꝗ ſcūm ꝗ liben
ter eū audiebat·Et licet eū timēt·
ꝗ libenter audiret:tn̄ ꝯcupia ma
la ſubuītit cor eius ꝗ ꝯſilium iniit
quō eū occidere poſſꝫ·Cogitauerūt
autē ꝯſiliū q̄ ꝯuiuiū faceret cūctis
principibꝰ in die natalis ſui·ꝗ ibi
dem filia eius caput iohīs peteret
Vnde ſeq̄tur·Et cū dies oportun⁹
acceſſiſſet ꝗ dies natalis ſui adue
niſſet:herodes natalis ſui cenā ſi
ue ꝯuiuiū fecit principibꝰ ꝗ tribu
nis ꝗ primis ꝗ potētioribꝰ galilee·
ꝗ intrauit ibi filia ꝗ ludebat·Tūc
herodes iurauit illi·d·Quicq̄d peti
eris dabo tibi lꝫ dimidiū regni mei
Beda·Non excuſat̄ ab homicidio
Jdeo em̄ iurauit vt occaſionē inue
niret occidēdi·Si em̄ pīis ꝗ matris
interitū poſtulaſſet non vtiq3 hero
des ꝯſenſiſſet·Seq̄tur·Que cū exiſ
ſet:dixit mrī ſue·Quid petā·At il
la·Caput iohīs in diſco·Cumq3 in
troiſſet:ſtatī ad regē cū feſtinacō
ne acceſſit·d·Volo vt ꝓtinus m̄
caput Johīs baptiſte in diſco·Et
ꝯtriſtatus eſt rex ꝗ ſimulabat ſe
eſſe ꝯtriſtatū ꝓpter iuſiurandū·ꝗ

ꝓpter ſimul diſcūbentes noluit eā
contriſtari·ſꝫ miſſo ſpiculatore ca
put iohīs preſcidit·puelle datur
ꝗ a puella mrī adultere pn̄tatur·
Herodes autē ꝗ herodiades impu
niti non remāſerunt·Nā ꝓcedente
tp̄e a gaio ceſare in exiliū relegati
vitam miſerabilr̄ finierūt·Filiam
vero viuā terra deglutiuit·Et licet
mō agatur eius decollacō tn̄ circa
feſtū paſche facta ē·Sed q̄ caput
ſuū hac die repertum legit̄·ideo de
collatio eius hac die recolit̄·Legi
tur in ſcolaſtica hiſto·q̄ cū iohēs
eſſet decollatus in machetunta he
rodiades tulit caput eius in ihern
ſalem ꝗ occulte ſepeliuit iuxta pa
laciū herodis·timens ſi cū corpore
ſepeliret̄:q̄ ꝯplexa reſurgeret·Tpe
vero marciani principis:vt legitur
in ſcolaſtica hiſtoī·qui cepit reg
nare āno dn̄i·cccclij·iohēs caput
ſuū duobꝰ monachis q̄ venerunt
iheroſolimā reuelauit·q̄ ad pala
ciū qđ fuerat herodis ꝓperantes:
caput ipſiꝰ inuenerūt ſaccis cilici
nis inuolutū veſtibꝰ vt eſtimo qui
bꝰ in deſerto fuerat indutus·Qui
dū cū predcō capite ad ꝓpria reme
arent:q̄dā ex ciuitate emiſſene figulꝰ
paupꝑtatē fugiēs comitē ſe eiſdeꝫ
exhibuit·Cui illi peram cū capite
ad portand̄ ꝯmiſerūt q̄ ac monitꝰ
nocte a btō iohē vt fugerēt cū capi
te ab ipſ:ipſe fugiens cū ſcō capi
te:emiſſenā vrbē eſt ingreſſus·ibi
q3 q̄diu vixit in quodā ſpecu ſcūm
venerās caput ꝓſperitatē nō mo
dicā aſſecutus eſt·Moriens autēꝫ
illud ſorori ſue ſub fide reuelauit

⁊ ſcd̄m eundē modum ſibi inuicē
ſucceſſores. Poſt multū vero tpīs
ſcō marcello monacho in eodē ſpe
cu degenti: beatus iohēs caput ſu
um hoc mō reuelauit. Videbatur
enī ſibi dormienti ꝙ multe turbe
pſallentes incederent ⁊ dicerent.
Ecce ſcīs iohēs baptiſta venit. De
inde vidit beatū iohēm quem vnꝰ
a ſiniſtris. alter a dextris ducebat
omneſq̄ ad eū accedentes: ab eo
benedicebant̄. ad quē cū marcel
lus acceſſiſſet: eleuans eum ꝑ mē
tum apprehēdens: dedit ei oſculum
pacis. Tūc marcellus interrogauit
eū dicens. Dn̄e mi: vnde ad nos ve
niſti? Et ille De ciuitate ſebaſte ve
ni. Cum ergo excitatus fuiſſet ⁊ de
viſione plurimū miraret̄. Quadā
aūt nocte dū dormiret quidā ad
eum veniens excitauit. ⁊ ecce cū ex
citatus fuiſſet: vidit ſtellam quā
dam fulgentē in hoſtia cellule reſi
dere. quā ſurgens cū palpare vellz
ſubito in aliā ptem tranſtulit ſe.
Ille autē cepit ire poſt eam quouſ
q̄ ſtetit ſtella in loco: vbi erat ca
put iohannis. vbi fodiens reppe
rit vrnā ⁊ in ea ſcīm theſaurū. Qui
dā aūt cum non crederet: manum
ad ydriā miſit. ⁊ ſtatī manus exa
ruit ⁊ ydrie adheſit. Orantibꝰ au
tem ſocijs manū abſtraxit: ſed in
ualida remanſit. Apparuit autē ei
dem ſcīs iohēs dicens. Cū caput
meū in eccleſia deponet̄: ydriā con
tingens ſanitatē recipies. Qd ⁊ fe
cit ⁊ ſanitatē integrā recepit. Hec
aūt cū marcellus iuliano eiuſdē
vrbis epiſcopo indicaſſet: ab eis

eſt eleuatū. et in vrbem delatum.
Ex quo tempore cepit in eadem vr
be decollacō iohannis celebrari ip
ſa die vt arbitramur. ſicut dicitur
in hiſto. ſcolaſt. quo caput eſt in
uentū ſiue eleuatum. Qd poſtmo
dum ↄſtantinopolim eſt tranſla
tum. Nā cum valentinꝰ impator
iuſſiſſet ſcīm corpꝰ in vehiculo po
ni ⁊ ↄſtantinopolim transferri. cū
circa calcidoniā veniſſent vehiculū
trahi non poterat. quantūcunq̄
boues ſtimulis vrgerent̄. Ideoq̄ ip
ſum ibidē deponere coacti ſunt. Sz
cū poſtea theodoſius ipſū inde au
ferre vellet ⁊ matronā quandā vir
ginē cuſtodie capitis deputatā re
periſſet ibidē: rogauit eam ꝙ ſibi
auferri dimitteret ſcīm caput. Il
la aūt ↄſenſit: credens ꝙ ſicut tem
pore valentini: ita ⁊ nunc nō pmit
teret ſe auferri. Tunc deuotꝰ impe
rator purpura ſua caput ample
ctens ↄſtantinopolim tranſtulit.
⁊ ibidē eccām edificauit. Poſtmo
dū ad gallias inde eſt tranſlatum
apud pictauiā regnante pipino.
vbi eiꝰ meritis plurēs mortui ſunt
reſuſcitati. Itē iſtud feſtū etiā cele
bratur ꝓpter oſſiū eius ↄcrematio
nem ⁊ collectionē que ipa die ſcdm
quoſdā fuerunt ↄcremata ⁊ ſcd̄m
quoſdā collecta. Erant enī ↄcrema
ta ab infidelibꝰ ſed a xp̄ianis ꝑ p
te iterū collecā. Vnde q̄ſi ſecundum
martiriū patit̄: qn̄ in ſuis oſſibus
ↄcremat̄. Ideo eccā tanꝙ̄ eiꝰ ſecun
dum martiriū hoc feſtū celebrat.
Sic enī legit̄ ꝙ cū diſcipuli iohīs
corpꝰ eius ad ſebaſtem vrbē pale

ſtine inter heliſeū ⁊ abdiā ſepeliſ
ſent. ⁊ ad tumulū eius multa mi
racula fierent iubente iuliano apo
ſtata gentiles oſſa eius ſpſerunt.
⁊ cū miracula nō ceſſarent: poſtea
collecta ⁊ igne ꝯcremata in pulue
rem redegerūt ⁊ p agros ventilaue
runt. Dum aūt ad cremandū oſſa
colligerent̄ quidam monachi ab
iheroſolimis venientes: latēter ſe
colligentibus ꝯmiſcuerūt: ⁊ mag
nam eorū ptem tulerunt. ipſa q̄
oſſa ad philippū iheroſolimitanū
epm̄ detulerunt. Qui ea poſtmodū
anaſtaſio alexandrino epō miſit.
Poſtmodū vero theophilꝰ eiuſdē
vrbis eps ea in templo ſerapis a
ſordibꝰ purgata poſuit. ⁊ in hono
rem ſcī iohannis baſilicā ꝯſecra
uit. Item iſtud feſtū etiā celebra
tur ꝓpter digiti ipſius tranſlacōz.
⁊ eccl̄ie dedicacōem. Digitus em̄ fu
us quo dn̄m oſtēt vt fertur cōburi
non potuit. Vnde a predictis mo
nachis ipſe digitus reptus quē
poſtmodū vt legitur in hiſto. ſcola.
ſancta tecla inter alpes attulit. et
in eccā ſcī martini collocauit. Hec
etiā teſtat̄ mgr̄ iohes beleth. d. q
predcā tecla ipſū digitū qui ꝯbu
ri non potuit: de vltra marinis pti
bus in normandiā attulit. et ibi
in honore beati iohannis eccām fa
bricauit. Quam eccām vt ibidem
dicit quidā hac die dedicatā fuiſſe
aſſerunt Vn̄ a dn̄o papa ſtatutū
fuit vt hec dies p totū mundū ce
lebris haberetur. Sequit̄.

In natiuitate beate marie
Sermo. lx.

Orietur ſtella
ex iacob. Nu. xxiiij. idē
maria naſcet̄ de gn̄e ia
cob. Verba iſta loq̄batur ſpūs
ſanctꝰ per os ꝓphete balaā Et bene
ſignificat̄ maria per ſtellā. Maria
em̄ interpretat̄ ſtella maris. Com
patur aūt maria ſtelle maris ꝓpt̄
multas ꝓprietates. Primo ꝓpt̄ im
mobilitatē. Alie em̄ ſtelle oriūtur
⁊ occidunt. Sed ſtella maris non
mouet̄ de loco ſuo: ſed firmit̄ ſtat
Sic maria diſcipulis cadentibus. ⁊
a xpō fugientibꝰ in hora paſſiōis
ipſa ſola immobilis ante crucem
ſtetit ⁊ firma in fide manebat. Ber.
Tanta vis amoris mentem marie
accenderat: vt diſcipulis fugienti
bꝰ cum lacrimis cruci aſtās ⁊ mo
rienti ꝯdolens: mori parata fuit. De
hac ſtabilitate cōmendat eā filiꝰ
eius. Iere. v. Dedi te in ciuitatē mu
nitam ⁊ columnā ferreā ⁊ murū
ereū. Ipſi bellabunt aduſum te: et
non preualebunt. quia ego tecū ſū.
Et quia in illa die ⁊ ſabbato ſequēti
qn̄ oēs in fide dubitabāt. ipſa ſo
la in fide firmiter pſiſtebat. Ideo
illa dies. ſ. ſabbatū ei ſpecialiter ē
attributa vt in illa die ſpāliter ho
noret̄. Quicūq₃ em̄ mouet̄ aliqua
temptacōe aut dubitatione: debet
iſtā ſtellā reſpicere. quia ipſa pt̄ eū
in fide ⁊ bono ope ſolidare. Exem
plū. Scolaris quidā valde lubrica
mente ⁊ operibꝰ vixerat multis an
nis tn̄ ſabbatū in honore beate virgi

nis ieiunabat ⁊ ſp̄ illa die ſe a for
nicacōe abſtinebat. ⁊ tandē in mōa
ſterīū intrauit ⁊ mariā in ſpeciali
reuerentia ſp̄ h̄re cepit Quadā die
dū egrotaret: temptatꝰ a dyabolo
dubitare cepit in fide ⁊ deſpare. d.
Que m̄ miſero ſpes cū ſtabo añ tri
bunal tremendi iudicis. q̄s mihi
ſubueniet. quis ꝓ me r̄ndebit: cuꝫ
rōem non ſolū de ꝯmiſſis: ſed etiā
de omiſſis ſū redditurus. O maria
ꝯſolatrix deſperatoꝝ tibi ꝯmendo
animā meā. Et ecce eo talia dicēte
affuit maria: ⁊ blande eū ꝯſolans
dixit. Reſpice ſurſum. Et eleuatis
oculis vidit celū apertum ⁊ ſedē in
eo ex auro ⁊ argento preparatam.
Dixitq; illi Maria. Hec ſedes tibi
pata eſt ꝑ ſeruicio qd̄ impendiſti
mihi: ſꝫ noli vltra iam dubitare.
His dictis maria celū aſcendit: et
ipſe ex tali ꝯſolacōne ꝯfirmatus:
oēm dubitacōem depoſuit. // Scdō
maria ꝯꝑatur ſtelle maris ꝓpter
ſui humilitatē. Cum eñ ſtella illa
maior ſit tota terra: apparet tñ vix
vnius palme hñs quantitatē. ſic
maria cū maior eſſet oībus ſc̄is ⁊
angelis: tñ ſe humilem ancillā re
putauit. Luc. i. Ecce ancilla dñi ⁊c̄.
Bern. Non eſt magnū in abiectio
ne huilem eſſe: ſed rara virtus hu
militas honorata. Eccli. iij. Quanto
maior es humilia te in oībus ⁊ in
uenies grām. Sic maria inuenit
grām ꝓpter ſui humilitatē Luce. i.
Reſpexit humilitatem ancille ſue.
Angelus ꝓpter ſuā ſuperbiam eie
ctus eſt de celo ⁊ factꝰ eſt dyabolꝰ.
Maria vero ꝑ humilitateꝫ eleuata
eſt in celū ⁊ facta eſt regina celoꝝ
Omnes igit̄ ſuperbi ſunt imitato
res dyaboli ⁊ humiles marie ſecta
tores. Exemplū. Erat quidā frater
ordinis predicatoꝝ in ꝯuentu pi
ſanenſi: beate marie virgini valde
deuotus. q̄ ſcolas ⁊ ſtudiuꝫ preter
mittens oronibus ⁊ deuotionibꝰ
ſp̄ intentus erat. Cui dyabolus in
ſpecie virginis frequenter apparu
it. multa ei recitabat ⁊ reuelabat
Qd cū frater petro priori retuliſſet
dixit. Iniungo tibi hoc: ꝙ ſi decete
ro venerit: ſpues in facieꝫ eius. Si
eñ beata virgo ē. q̄ humillima ē:
ñ indigē Si ei dyabolꝰ ē q̄ ſupbꝰ ē
ꝯfuſus recedet Qd cū feciſſet frater
indignatꝰ dyabolus ait. maledcēs
⁊ tu ⁊ q̄ te hoc docuit. Et ꝯfuſus re
cedēs eum amplꝰ non temptauit
¶ Tercio ꝯꝑatur maria ſtelle ma
ris ꝓpter virtutē attractiuā. q̄ vir
tus ſiue natura illius ſtelle eſt ꝙ
ſe vertit ad ferrum. ſic maria vertit
ſe ad ferrea corda peccatoꝝ. Eccli. x
xiiij. Tranſite ad me oēs qui ꝯcu
piſcitis me. Omnes trahit ⁊ vocat
⁊ nulluꝫ excipit quantūcunq; pec
catis inuolutū Ber. Pctōrem quā
tumcūq; fetidū ⁊ immundū: ⁊ toti
mundo deſpectū pia mr̄ nō deſpicit
nec deſerit: ſed pia manu fouet et
retinet: donec tremendo iudici re
conciliet. Exēplum de milite adul
tero. req. in aſſumpcōe beate virgi
nis. Quarto ꝯꝑatur maria ſtelle
maris ꝓpter vie oñſionem. Sicut
eñ ſtella maris nauigantibꝰ viā
oñt ⁊ ad portū ꝑducit eos: ſic ma
ria nauigantibꝰ in mari hꝰ mūdi

viam veritatis oſtendit. ⁊ eos qui
eam aſpexerint: ad portū eterne ſa
lutis pducit. Ber. Ne auertas ocu
los a cōſpectu ſideris: ſi non vis ob
rui hꝰ mundi pcellis. Innocentiꝰ.
Quibꝰ putas auxilijs pſūt hoīes
inter tot pericula tranſire. Certe in
quit p duo. p nauem ⁊ p ſtellam
i. p adiutoriū beate virginis ma
rie. Exemplū. Impator quidā ro
manꝰ habuit vxorē gn̄e. moribꝰ ⁊
pulchritudine nobiliſſimā: quā
tenerrime diligebat. Cūqꝫ loca ſā
ctorū p orbem pegrinando viſitare
vellet: fratri ſuo vxorē. regnūqꝫ oī
a cōmiſit. ⁊ pfectus eſt. Adoleſcens
ille in amorem hꝰ probe dn̄e exar
ſit. Cumqꝫ ei pluries moleſtꝰ eſſet
⁊ illa oīno renitteretur: tandē neſci
ens quid faceret: ei ꝯtit. q turrim
firmam pare faceret. vbi ſecretꝰ
qd̄ deſideraret explere poſſet. Fa
cta autē turri cū ille intraret: ipſa
ſequens eū turrim poſt eū clauſit
eo in turri manente. Poſt quinqꝫ
annos reuertente impatore: gaui
ſa valde: iuſſit maiores ⁊ nobiles
ei occurrere ⁊ iuuenē inconſulte de
turri emiſit vt fratri obuius exiēt
Qui preueniens reginam male eā
defamauit. Cumqꝫ eſſet reqſitus a
fratre quomō ita pallidus eſſet:
reſpondit. Peſſima meretrix vxor
tua ſicut cū multis fornicari cōſue
uit ⁊ me etiā temptauit. ⁊ qꝛ ei cō
ſenſū n̄ p̄bui in turri: vſqꝫ nunc
me incluſit. Qd̄ audiens impator
pene exanimis factus eſt ⁊ ad ter
ram ex dolore corruit. In craſtino
ad eū impatrix cum multo comi
tatu venit. que cū illū amplecti vel
let ſicut cōſueuit: ab eo pcuſſa gra
uiter in terrā corruit. Quā etiā im
pator ad inſulam quandā ⁊ ad de
collandū miſit. vbi tn̄ antequā inter
ficeret: opprimere eā voluerūt ſerui.
ſed ipſa dei ⁊ beate virginis inuo
cauit auxiliū. Quidā autem prin
ceps cū multis tranſiens ⁊ clamo
rem audiēs: impudicos ſeruos oc
cidit. ⁊ illa reqſita q̄ eſſet: celauit.
rogauitqꝫ vt eam in ancillā ſuſci
peret. qd̄ ⁊ fecit. Cꝰ vxor illā bone
ſtiſſime ſuſcipiens: vnicū eiꝰ filiū
ei ad cuſtodiendū cōmiſit. ſed nec
ibi temptatio dyaboli defuit. Fra
ter predicti principis nobilis mul
tis pmiſſionibꝰ attemptauit eam
ſed illa oīno negauit. Vnde nocte
q̄dam ad lectū eius veniens: pue
rum in ſinu eius poſitū occidens ⁊
gladiū in manu mlieris relinqns
receſſit. Cumqꝫ ſāguis pueri lectū
⁊ latꝰ eius tangeret excitata expa
uit. ⁊ cū ſe miſerā exclamaſſet: pꝛi
⁊ mr̄ cum luce ſurgentes ⁊ vidētes
puerū occiſū ⁊ cultrū in manu mu
lieris: dolor eorū totꝰ familie vix
potuit explicari. Venit etiā homici
da ficte lacrimās ⁊ ait fratri vt ig
ni traderet. Sꝫ princeps ⁊ vxor eiꝰ
eā interfici phibentes: mandaue
runt nautis q̄ti nus in aliā terrā
eā deducerent. Cui in mari naute
dixerūt. Elige a nobis cōmiſceri. ꝗ̄
in mare precipitari. Que mādit ſe
potiꝰ in mare velle precipitari. ſed
mutata voluntate eorū in q̄dam a
lia rupe maris eam reliqrunt. ſicqꝫ
ibi pmanſit. Cui afflicte dormiēti:

beata virgo maria apparuit admi
rabili facie. d. qꝫ ꝓpter caſtitatem
multa ſuſtinuiſti: oīs amodo tem
ptatio a te expelletᷣ ⁊ iniurie quas
paſſa es manifeſtabunt. Collige
herbā q̄ ſub capite tuo ē ⁊ quibuſ
cunqꝫ leproſis dederis bibere in no
mine dn̄i ſanabunt. Excitata igitᷣ
de viſione letata herbam collegit.
Naute aūt quidam venientes ad
portū eam duxerunt . vbi inuenit
leproſum. cui dedit herbā: ⁊ ſana
tꝰ ē. Exijt ḡ fama eiꝰ longe lateqꝫ i
ciuitatē vbi erat leproſus fcūs fuit mi
les q̄ occiderat filiū fratris ſui in ſi
nu eiꝰ. Ad quē multis precibꝰ ad
ducta: nec ab illo cognita a fratre
eiꝰ rogatur: vt illi ſubueniat. Illa
vero ſubuenire ꝓmittit: ſi de oībꝰ
pc̄cis ſuis corā ſe ⁊ ſeptē alijs pſō
nis ↄfeſſus fuerit. Qui ↄfitens mꝉ
ta dixit: ſed celauit pc̄tm̄ qđ in ea
cōmiſerat. Cui illa inq̄t. Nihil pfi
cit medicina mea abſcondito ali
quo pc̄ō. Tunc dixit ei frater ſuꝰ
Aperi cor tuū: ⁊ quicq̄d in me egi
ſti totū tibi remitto. Itaqꝫ ſic mai
feſtauit. Qđ ille audiens expauit
dicens ſe de nobiliſſime mulieris
plus triſtari miſſione q̄ꝫ de filij ſui
ꝓdicōe. Cui illa. ego ſū illa q̄ malū
ꝓ malo nō reddā ſed bonū. illoqꝫ
ſanato rogatᷣ vt maneret. Sꝫ non
adq̄euit. manere eṁ noluit ſed re
ceſſit ⁊ ſanando leproſos romam
incognita puenit. Ibiqꝫ plures le
proſos ſanauit. ſed ⁊ frēm impera
toris lepra inuaſerat. ad quē indu
cta: ſed incognita ſilꝫ. Et hoc pc̄tm̄
qđ ↄmiſerat in ea coraꝫ papa ⁊ ſe
natu romano fecit ↄfiteri. Quo au
dito impatorꝭ ⁊ oēs qui aderāt fle
re ceperūt. Et illo ſanato dixit mu
lier. Ego ſū illa. Que leticia tunc ro
mā impleuit non ē facile dicere. ⁊
voluit ꝓpl̄s romanus eā in dn̄am
⁊ in impatoris vxorē recipe. Sed il
la pape dixit. Voui deo ⁊ btē virgi
ni caſtitateꝫ in moniali veſte in tri
bulationibꝰ meis. requiratur aīa
mea de manu tua: ſi times vel dili
gis hoīem plus q̄ꝫ deū. veſte ſacra
vela me. Tūc ille mox eā benedixit
⁊ induit eā veſte moniali. Rogeꝰ.

## Alius ſermo de eodem.
## Sermo. lxi.

Que ē iſta que
ꝓgreditur q̄ſi au. ↄſur. pꝉ
chra vt luna electa vt ſol. Can. vi
Salomon in ſpū preuidens ortum
btē virginis marie. ⁊ eā ↄmenda
re volens: pulchrioribꝰ creaturis ce
li eā ↄpauit. ſ. aurore. lūe ⁊ ſoli. In
die ei nihil pulchriꝰ ſole. in nocte
nihil pulchriꝰ luna. in ↄfinio diei
⁊ noctis nl̄ pulchriꝰ aurora. Ber.
O btā virgo maria. ſi te ſolem dix
erimꝰ ſplendidior es. ſi roſam: flo
ridior es. ſi cinamomū ⁊ balſamū
omnes ſpēs aromaticas excellis q̄
priuilegium oīm grāꝝ obtinui
ſti. Augꝰ. Quid dicā de te v̄go ma
ria. Minor eſt laus mea: q̄ꝫ digni
tas tua meretur. Si celum te vocē:
altior es. ſi formam dei te appellē:
digna exiſtis. Si quoqꝫ dominam
angelorum te vocem ſuper omnia

ꝓbaris eſſe Cōpatur maria. Pri
mo auroē: qꝛ ſicut aurora eſt me
dia inter diē ⁊ noctē. ſic maria eſt
mediatrix inter deū ⁊ hoiem. Per
diem ſignificat̄ deus. p noctē aūt
peccatores ſignificātur. Bern̄. Se
cur̄ acceſſum habes. O homo ad
deum. Habes filiū ante patrem ⁊
matrem ante filiū. Filius oſtēdit
patri latus ⁊ vulnera. Mater oſtē
dit filio pectus ⁊ vbera. nec vlla pt
eſſe repulſio: vbi tot caritatis cō
currūt indicia. Item ſicut aurora
eſt finis noctis ⁊ iniciuꝫ diei. Sic
maria eſt finis noſtre dānacōis
⁊ iniciū noſtre ſalutis. Bern̄. Sic
aurora valde rutilans ꝓgreſſa es
in mūdum. O maria: quoniā veri
ſolis ſplendorem tante ſanctitatis
iubare p̄ueniſti vt vere diem ſalu
tis. ꝓpiciacōis diem. quā fecit do
min⁹ a tua claritate dignū inicia
ri fuit. Secūdo maria poteſt ꝯpari
lune. ſicut em̄ luna recipit lumē a
ſole ⁊ trāſmittit ad terras. ſic ma
ria recipit a deo gratiaꝫ ⁊ trāſmit
tit mūdo. Vnde dixit ei angelus in
cōceptione. Inueniſti em̄ gratiaꝫ
apud dominū. Ecce ꝯcipies in vte
ro ⁊ paries filiuꝫ: ⁊ vocabis nomē
eius ⁊c. Eandem gratiam quā rece
pit a deo tranſmiſit mūdo quādo
filiū ſuum edidit huic mūdo vnde
ait angel⁹ nato domino ad paſto
res. Annūcio vobis gaudiū mag
num qđ erit ōni populo: qꝛ natus
eſt nobis hodie ſaluator mundi.
Tercio maria poteſt ꝯparari ſoli
propter multas ꝓprietates eius.
Sol enim eſt ordinat⁹ in curſu. ſb

limis in ſitu. pulcher in aſpectu. p
uus in apparentia. magn⁹ in ſb̄a.
Hec ōnia inuenim⁹ in maria. ipſa
ei ordinata fuit in curſu ⁊ in ꝯuer
ſacōne bone vite. Bern̄. volue ⁊ re
uolue totā ſerieꝫ ſacre ſcripture ſi
q̄d dux̄. ſi q̄d aſpex̄. ſi q̄d indecēs
inueneris in maria. deinceps vt ſu
ſpectā eā habeas ⁊ ad ipſā accede
re verearis. q. d. nihil inuenies de
ea ſcriptū niſi qꝛ honeſtū bonuꝫ ⁊
decēs eſt. Judith. viij. Nō em̄ erat
q̄ de ea malū loq̄ret. Epyphani⁹.
Mos fu⁹erat mūdus ⁊ modice lo
quele. expedite eloquētie. ſine au
dacia bn̄ ſalutās. ſalutabat ⁊ ho
norabat oēm hoiem ⁊ mirabant̄
oēs ſuā eloq̄ntiā ⁊ ſciam. pānos
ꝓprij coloris portabat: ⁊ amabat
ea q̄ erant tēpli. purgabat altaē
⁊ tēpliū cuſtodiebat. alijs puellis
ad ꝓpria redeūtib⁹. ipſa in orōib⁹
lectōib⁹ ieiunio ⁊ labore manuū p
ſeuerabat ⁊ ſacdotib⁹ miſtrabat
Et qꝛ ordinatā vitam hūit. ideo me
rito ſoli cōpatur q̄ ordinate in cir
culo ſuo currit ⁊ diſtincte ſig̃ ſua
ptrāſit. Sic beata virgo ſcḋm Jhero
nimū. p⁹ aſcenſionē filij ſui oīa lo
ca dnīce ꝯuerſacōnis ordiate ptrā
ſiuit ⁊ circuiuit ⁊ facta eius ſic ad
memoriā reduxit. Sūt em̄ duodecī
ſigna in quib⁹ ſol curſum ſuuꝫ cō
plet que etiam iſte ſol ⁊ maria p
ambulabat. Primū ſignum in q̄
ſol curſum ſuū habet eſt aquari⁹
⁊ vir quidā qui habet in manib⁹
ſuis vrnā cum aqua. ſic enim ſolet
depingi in libris laycorum. p qđ
ſignificat̄ ille locus ſiue cenaculū

in q̄ dn̄s aquā i pelui ſudit ⁊ lauit
pedes diſcipuloꝝ. hūc locū maria
ſepe viſitauit ⁊ redu xit ad memo
riā maximā filij ſui humilitatē. q̄
cum eſſet dn̄s oim̄. fieri voluit ſer
uus ſeruoꝝ. qn̄ ergo maria ad
hūc locū venit tunc ſol erat in aq̄
rio .i. in p̄mo ſigno. Secūdum ſig
nū eſt duo piſces. p quos ſignifi
cat̄ locus ille in deſerto vbi de q̄nq
panib⁹ et duob⁹ piſcib⁹ ſaciauit
dn̄s q̄nq milia hoim̄: ⁊ ali⁹ locus
vbi de .vij. panib⁹ ⁊ paucis piſci
culis ſaciauit q̄tuor milia hoim̄.
hec loca maria ſepe viſitauit ⁊ re
duxit ad mēoriā maximā filij ſui
miſericordiā quā ibi oſ̄dit: qn̄ di
xit miſereor ſup turbā: q2 iam tri
duo ſuſtinēt me nec hn̄t qd man
ducent: ⁊ ſi dimiſero eos ieiunos
deficiēt in via Marci .viij. Cū ma
ria ad iſta loca venit. tūc ſol erat
in piſcib⁹ Terciū ſignū eſt aries
ſeu ouis. p qd ſignificat̄ locus il
le ſiue ortus in quo dn̄s eſt capt⁹
⁊ ligatus. yſa. liij. Sicut ouis ad
occiſiōem duct⁹ eſt. que₃ locū ma
ria ſepe viſitauit et reduxit ad me
moriā maximā filij ſui paciam q̄
dū male tractaret̄ nō apuit os ſu
um ⁊c̄. Qn̄ ergo maria ad hūc lo
cū venit tūc ſol erāt in tercio ſigno
.ſ. ariete. Quartū ſignū eſt thau
rus. p qd ſignificatur locus ille in
bethleē in quo dn̄s iacebat in p̄ſe
pio corā boue ⁊ aſino. hūc locū ſe
pe viſitauit btā virgo maria: ⁊ re
duxit ad mēoria₃ maximā filij ſui
pauptatē: q2 non erat ei locus in
diuerſorio: ſ₃ reclinauit eū in p̄ſe

pio. Qn̄ maria ad hūc locū venit
tunc ſol erat in quarto ſigno .ſ. in
thauro. Quītum ſignū eſt gemini
.i. duo adoleſcētes. p qd ſignifica
tur loc⁹ ille in quo dn̄s tr̄ſfigura
tus eſt .ſ. mōs thabor. In quo appa
ruerūt ei duo colloquētes .ſ. moy
ſes ⁊ helias: ⁊ dn̄s ibidē cū tanta
claritate trāſfigurat⁹ eſt. q2 petr⁹
⁊ iacob⁹ ferre nō poterāt: ſ₃ in ter
ram cadebāt. Hūc locū ſepe viſita
uit maria: ⁊ tunc cepit cogitare ⁊
imaginari de celeſtib⁹ ⁊ ad talem
claritatē aſpirare dicēs cū p̄s. Heu
mihi: q2 incolat⁹ meus plongat⁹
eſt. Sextū ſignū eſt cancer q̄ ſolet
latere in cauernis terre. p qd ſigni
ficatur ſepulchꝝ dn̄i in quo latuit
trib⁹ diebus ⁊ trib⁹ noctib⁹. Et ſi
cut cancer deorſū gradit̄. ſic dn̄s
deorſū ad inferna deſcendit ⁊ ſuos
inde liberauit. Hūc locū ſepulchri
maria ſepe viſitauit. reducens ad
memoriā filij ſui ſepulturā ⁊ hūa
ni generis redempcōem. Septimū
ſignum eſt leo. p qd ſignificatur
vallis ioſaphat ad quem dn̄s vē
turus eſt ad iudiciū tanq̄ leo ru
giēs diſtrictiſſime iudicatur⁹ om
nes gentes Amos .iij. Quaſi leo ru
giet. quis nō timebit eum. Hunc
locū maria ſepe viſitauit reducēs
ad memoriā filij ſui aduētum ad
iudiciū. dans nobis exēplū vt di
em iudicij ſemp in memoria hēa
mus Ieron⁹. Siue comedā ſiue bi
bā ſiue aliq̄d aliud faciā ſemp vi
detur mihi illa tuba inſonare auri
b⁹ meis. ſurgite mortui venite ad iu
diciū. Octauū ſignū eſt virgo. p

qđ ſignificaṫ locus iſte in nazareth
vbi pura virgo āgelo ānūciante
filiū ſuum ↄcepit ⁊ virgo ꝑmāſit.
Hūc locū maria ſepe viſitauit ꝛ̄du
cens ad memoriā: illam letiſſimā
annūciatiōem quā ſibi nūciatū fu
it ꝙ mater omnipotētis dei eſſe de
buit. Nonū ſignū eſt libra ꝑ qđ
ſignificaṫ locus ille in quo dominꝰ
eſt crucifixꝰ. vbi dñs in cruce tan
ꝙ̄ in libra fuit ſuſpēſus ⁊ vbi dñs
librauit pctā noſtra ↄtra ſuaꝫ mi
ſericordiā. ponendo pctā noſtrē in
vno latere ⁊ ſuam miſericordiā in
alio latere: ſꝫ ſua miſericordia ma
ior fuit ꝙ̄ omnia pctā noſtra. Iſtā
librā optauit Iob. vi. dicens. Vti
nā pctā mea appēderent in ſtaterā
⁊ in libra. Hūc locū ſepe viſitauit
maria reducēs ad memoriaꝫ ama
riſſimā filij ſui paſſionē ⁊ hoīs re
demptionem. quā diu deſiderauerat
Decimū ſignū eſt ſcorpio ⁊ eſt q̄
dā vermiculꝰ qui ore ſuo blandiṫ
⁊ cauda ſua pūgit ⁊ occidit: quia ve
nenū in cauda ſua hꝫ. ꝑ qđ ſigni
ficaṫ locus ille in quo dñs traditꝰ
fuit a iuda. qui ore ſuo euꝫ ſaluta
bat ⁊ oſculabaṫ. veneno tñ tradi
tionis eū occidit quā dixit. quēcū
ꝙ oſculatꝰ fuero: ipē eſt tenete eū
ibi memorata eſt filij ſui traditiō
nem. Vndecimū ſignū eſt ſagitta
riꝰ. ꝑ qđ ſignificanṫ illa loca in q̄
bus dñs p̄dicauit vbi ꝑ p̄dicatio
nē tanꝙ̄ ꝑ ſagittā vulnerauit cor
da pctōꝝ ⁊ ad pñiam ꝓuocauit.
Hec ōnia loca viſitauit maria. re
ducēs ad memoriaꝫ illa dulciſſiā
v̄ba ⁊ documēta que filiꝰ ſuꝰ docu
erat. vñ Lu. ii. Maria autē ↄſerua
bat ōnia verba ↄferens ea i corde
ſuo. Duodecimū ſignum eſt capri
cornꝰ qui ſolet ad mōtes ⁊ ad ar
dua ſcādere. ꝑ qđ ſignificaṫ locus
ille in quo dñs aſcendit. ſ. mōs oli
ueti. ſup queꝫ aſcendit cū maria ⁊
diſcipulis ſuis ipōs bñdicēs ⁊ va
lefaciēs. coram eis celū aſcendit.
Hūc igitur locū ſepe viſitauit ma
ria reducēs ad memoriā filij ſui re
ceſſum: ⁊ ſuā melliflu aꝫ pñtiam.
qua pfuncta erāt ⁊ turbabaṫ ⁊ fle
bat ꝙ ea carere debebat. Cū igitur
maria ad hūc locū venit tunc ſol
erāt in duodecimo ſigno. ſ. in capri
corno. Omnia ḡ loca iſta ſcđm io
hānem pambulabat pꝰ aſcenſio
neꝫ dñi. ꝙ̄ diu potuit: quia in fine vi
te tam debil' facta fuit ſic idē dicit
ꝙ loca ↄſueta viſitare non potuit.
Et quia ipſa ita ordinatū curſum ha
buit. ideo merito ſoli cōpatur.

## In exaltacōe ſancte crucis
## Sermo. lxij.

Humiliaui lig
nū ſublime ⁊ exaltaui lig
nū hūile. Ezech. xvij. Duo ligꝫ ꝓpo
nit nob' ↄplexta. vnū ſblime ⁊ aliđ
hūile. Sublime eſt hūiliatū ⁊ hūi
le exaltatū. Lignū ſblime eſt filiꝰ
dei ihesus xp̄s de quo dicitur Gene.
ij. Lignū vite fuit in medio padiſi
⁊ filiꝰ dei fuit in ſinu patris ſibi co
eq̄lis ⁊ ſblimitate ſimilis. hoc lig
nū plantauit pater celeſtis quā fili
um ſuū incarnari inſtituit: ⁊ pau
peri hoī ſimilem fecit. Adeo paup

fuit ꝙ non habuit domū ꝓpriam
in qua naſceretur· nec locū in quo
poneretur· nec veſtē in qua volueretur:
ſʒ in diuerſorio naſcitur· in pre
ſepio ponitur· vilib⁹ pānis inuol
uitur· De ſublimitate hui⁹ ligni di
cit ſponſa Cant· ij· Sicut malus ꝛ
pomus inter ligna ſiluarū ſic dile
ctus me⁹ inter filios Gloſa· Sicut
malus viſu· odore· guſtu· antecedit
ꝛ precellit omnia ligna ſiluarū· Sic
xp̄s excellit omnes filios dei· i· ſan
ctos· Primo precellit in viſu· Quia
in eum angeli deſiderāt reſpicere·
adeo pulcher eſt aſpect⁹ eius ſicut
dicit Fulgētius· ꝙ ſi anima eſſet
in inferno ꝛ eum videre poſſet nul
lam penā ſentiret· Quā faciē cum
ſymeon in templo vidiſſet ampli
us viuere nō curauit· Sed dixit·
Nūc dimittis ſeruū tuum domine
ſcd̄m verbū tuum in pace ꝛc̄· Iſtā
faciem deſiderabant multi patres
antiqui· Ps· Oſtende nobis faciē
tuam ꝛ ſalui erim⁹· Item moyſes
dominē ſi inueni gratiā in oculis
tuis· oſtēde mihi faciem tuam: vt
dicitur Exod· iij· Item Heſter· xv·
domine valde amabilis eſt facies
tua ꝛ plena gratiarū· Facies iſta
pulcherrima ita maculata fuit in
paſſione ſputis iudeorum ꝛ paga
norū· ꝙ tanꝙ leproſa videbatur·
vt dicitur Math· xvi· Expuerunt
in faciem eius ꝛ velauerunt ꝛ pal
mas in faciem eius miſerūt ꝛ dixe
rūt· Propheti ſa nobis xp̄e quis
eſt qui te percuſſit· vnde yſa· l· Faci
em meam nō auerti ab increpan
tibus ꝛ expuētibus in me· Bern·

Facies illa pulcherrima in quam
deſiderant angeli ꝓſpicere ex mul
tis paſſionib⁹ ꝛ ſputis deformiſſi
ma fuit ita vt leproſo ſimilis vide
batur· Yſa· liij· Nos reputauim⁹
eum leproſum ꝛ vidim⁹ eum non
habentē ſpeciem neqꝫ decorē aſpe
ctus in eo non erat: ꝛ quaſi abſcō
ditus vultus eius· Gloſa· Abſcon
ditus erāt ſputis iudeorū ꝛ ſangui
ne ſuo de ſpinea corona fluente ſi
mul mixto· Omnia iſta ꝓpter nos
ſuſtinuit vnde āmonet nos pſal·
dicens· Reſpice in faciem xp̄i tui·
Bern· O homo reſpice in faciē xp̄i
tui· vide eum dorſo flagellatū· la
tere ſauciatū· capite veprib⁹ puni
tum· manibus ꝛ pedib⁹ ꝑfoſſum
clauis· Sic patet quō lignū iſtud
pulcherrimū inter cetera ligna ſil
uarū excellentiſſimū eſt macula
tū· Bern· O nouiſſimū ꝛ altiſſimū
o hūile ꝛ ſublime· o opprobriū ho
minū ꝛ gloria angelorū· nemo il
lo ſublimior· nemo illo hūilior· ſi
cut illa eſt excellētiſſima ſingula
ris· ſic hūilitas ſibi eſt cōpabilis
Scd̄m lignū humile qd̄ eſt exalta
tum· eſt lignū ſancte crucis· Iſtd̄
quōdam fuit hūillimū ꝛ deſpectiſ
ſimū: quia patibulum latronū ꝛ ma
ledictū dicebatur· vn̄ dicebant iu
dei de xp̄o illud· Sap· ij· Morte tur
piſſima cōdemnem⁹ eum· ſ· morte
crucis· Hoc lignū hūile ꝛ deſpectū
domin⁹ tripliciter exaltauit ſm̄ tria
feſta ſancte crucis· Primū eſt fe
ſtum dedicacōnis qd̄ fuit in para
ſceue· Tunc enim domin⁹ cōſecra
uit lignū iſtud p̄cioſo ſanguine

ſuo In hoc feſto exaltauit dñs lig
nū iſtd̄ tripliciter honorādo. Prio
ī hoc ꝙ ipm̄ ꝑſonalit̄ ad locū paſ
ſionis portare voluit Io. xix. Exiuit
baiulans ſibi crucē. Tūc impletū
eſt illud. yſa. ix. Factꝰ eſt pn̄cipa
tus eiꝰ ſup humerū eiꝰ. Ecce honor
crucis: q̄ vocat eā principatū. Se
cundo honorauit lignū ſancte cru
cis: q̄ ī eo mori voluit. Nō enī ele
git mollē lectū. non byſſum nec
purpurā ſup quā moreret̄: ſꝫ hui
le lignū ⁊ deſpectū vt cantat eccīa.
Sup oīa ligna ſiluarū tu ſola fu
iſti excelſior. in q̄ vita mūdi ī pepen
dit. in q̄ xp̄s triumphauit ⁊ mors
mortē ſupauit. Tercio honorauit
xp̄us lignū ſancte crucis: q̄ ꝑ ip
ſam hoiem ab eterno morte libera
uit ⁊ ꝓ peccatis ſatiſfecit ī ipō que
nos cōmiſimꝰ in ligno. p̄. petri. ij.
Qui pctā noſtra portauit ſup lig
nū. Et q̄ lignū iſtud deꝰ ſic honoā
uit ꝙ hoiem in iſto ligno redemit
ido merito oīs homo ipm̄ lignū
honorare debet: ⁊ ſic patet primū
feſtū ſācte crucis. Scd̄o exaltauit
ipm̄ lignum in feſto inuencōnis
quando ꝑ terremotū ⁊ ꝑ odoris fra
grātiam ⁊ miracula ipm̄ manife
ſtauit. Req̄. in feſto inuencōis eiꝰ
Tercio exaltauit dominꝰ lignū ſan
cte crucis in feſto exaltacōis eius
qd̄ hodie pagitur. De quo legitur
ſic. Coſdras pſarū cum oīa reg
na ſibi ſubiugaſſet. venit iheroſo
limā ⁊ tulit inde ptem crucis quā
helena ibidē reliquerat: ⁊ fecit tur
rim de argēto ⁊ auro ⁊ gēmis ⁊ in
ea imagines ſolis ⁊ lune ⁊ ſtellarū
collocauit. Et in ſūmo ibant equi
trahētes ⁊ quaſi tonitruū ſimula
larent ⁊ ꝑ occultū iter aquā addu
ci fecit: ⁊ aquā deſup infundebat
vt quaſi deꝰ pluere videret̄ ⁊ in illa
turri ſedebat quaſi deꝰ pater ⁊ col
locauit lignū ſancte crucis ad dex
terā quaſi filiū: ⁊ gallū a ſiniſtris
loco ſpūſſancti ⁊ tradens filio ſuo
regnū ⁊ ipſe tanꝙ̄ deus ibidem ſe
dit. Heraclíꝰ autē imꝑator cōtra
filiū eius cum magno exēcitu iux
ta danubiū fluuium dimicaturus
aduenit. Tandem vtriſq̄ principi
bus placuit vt ipſi ſoli ſup pontē
dimicarent ⁊ qui victor exiſteret ſi
ne vtriuſq̄ exercitus regnū vſur
paret ſiue impiū. Decretum etiā
exijt vt qui principē ſuū adiuua
re preſumeret. cruribus excíſis ⁊
brachijs ab eo cōtinuo in fluuio
mergeret. Heraclius autē inuoca
to auxilio ſancte crucis vicit: ⁊ ſic
totus exercitus Coſdre baptiſma
ſuſcepit Cumq̄ heraclíꝰ ad coſdrā
veniſſet dixit. Quia lignū ſancte
crucis modicum honoāſti. ſi bap
tiſma ſuſcepis regnum obtinebis
Cūq̄ ille non adquieſceret ipm̄ ꝓ
tinus decollauit. filio autē ſuo ba
ptiſato regnum reſtituit: ⁊ deſtru
cta turri aſſumpſit lignū ſancte
crucis iheroſolimā portauit. Cum
q̄ de monte oliueti deſcendens por
tam quā dominꝰ paſſurus intraue
rat. in equo regio ⁊ ornamētis im
perialibꝰ ingredi vellet. repente la
pides porte deſcenderūt ⁊ ſe inuicē
quaſi paries clauſerūt. Sup quo
cunctis ſtupētibus. angelꝰ domini

ſignū crucis in manib⁹ tenēs ſup portā apparuit dicens Cū rex celorū p hāc portam ad paſſionē intēret nō cultu regio:ſʒ aſello humili ingrediēs·hūilitatis exēpluʒ ſuis cultorib⁹ reliqt Et hijs dictis āgelus abſceſſit Tūc impator lacrimis fuſis ſeipm diſcalciauit a veſtimētā vſqʒ ad camiſiam exuit crucēqʒ dn̄i accipiēs ad portam hūilit baiulauit·Moxqʒ duricia lapidū celeſte ſenſit impiū·ſtatimqʒ porta ſubrigēs liber intrātib⁹ patefecit ingreſſuʒ·Odorqʒ ſuauiſſim⁹ omēs qui aderāt refecit·Rex autē deuotiſſim⁹ in laude ſācte crucis ꝓrūpēs ait·O crux ſplēdidior cūctis aſtris mūdo celebris·ōib⁹ multū amabilis ſanctior vniūſis·q̄ ſola fuiſti digna portaē p̄cium mūdi·dulce lignū dulces clauos dulcia ferēs pōdera·ſalua p̄ntem caterua in tuis laudib⁹ ɔgregatā a tuo vexillo ſignatā·Statiqʒ crux i ſuo loco reſtituit a antiq miracula renouāt mortui⁹ quidā vite r̄ſtituit·duodecim ceci illūināt·quatuor palitici curātur·decem leproſi mūdant·demones effugātur a varijs languorib⁹ plurimi liberantur·Exemplū Apud ɔſtātinopolim iude⁹ eccāʒ ſancte ſophie ingreſſus quādaʒ imaginē crucifixi ibidem ɔ̄ſpexit Qui ſe ibi ſolum ɔſiderās gladio ſuo ipʒ i guttuē pcuſſit ſtatiqʒ inde exiuit ſāguis a iudei faciē a caput aſpſit·Qui territ⁹ imaginē ad puteū p̄cipitauit a aufugit·Quidaʒ autē xp̄ian⁹ eideʒ obuiauit ſibiqʒ dixit·vn̄ venis iudee aliquē hoiem occidiſti·Et ille falſū eſt Cui rurſū ho ille dixit·vere vere homicidiū perpetraſti a io ſanguine aſpſus es. Ac iude⁹ ait·vere mgn⁹ eſt de⁹ xp̄i a noſtra fides veſtra firma a vera. Nequaq̄ em̄ occidi hoiem:ſʒ imaginē xp̄i pcuſſi:a ɔtinuo de gutture ei⁹ ſāguis emanauit·Duxit autem iude⁹ illū hoiem ad puteū a ſanctā imaginē extraxerūt a iude⁹ baptiſat·plaga autē vt fert adhuc hodie in gutture ei⁹ cernit·Roge⁹

De eodem.
Sermo·lxiij·

Ego ſi exaltat⁹ fuero a terra ōīa trahā ad meipm·Joh·xij·Hoc factum eſt in paſſiōe chriſti:vbi chriſt⁹ exaltatus fuit in cruce a quātum in eo fuit ōīa ad ſe traxit·id eſt ad hominē ꝓpter quem omnia facta ſunt a omniū hominū genera Sciendū autem q̄ domin⁹ trahit homines multis modis Primo p gratiam inſpiracōīs·Johā·vi· Nemo poteſt venire ad me niſi pater meus traxit eum Aug⁹·Ille venit ad dominū quem gratia dei p̄uenit·Sic traxit domin⁹ mariam magdalenā dando ei gratiam:vt ad ſui cogniciōnem veniret a compūcta veniam poſtularet·Greg⁹· Quid miramur fratres mariaʒ venienteʒ an chriſtum ſuſcipientē Nam ipſe per miſericordiam traxit eam intus·qui eam per manſuetudinem ſuſcepit foras·Sic eti

am dn̄s traxit petrum qn̄ eum ter
negauerat: q̄ꝛ reſpexit eū oculis mi
ſericordie ⁊ gratie ſue ⁊ tunc ꝯpū
ctus flere cepit. Et quare nō traxit
ſic iudam. Augꝰ. Magne gratie
cōmendatio. nemo venit niſi tra
ctus. Quē trahat ⁊ quē nō trahat
Quare iſtum trahit ⁊ q̄re illū non
trahat. noli velle iudicare ſi non
vis errare. Sꝫ poſſet aliq̄s dicere.
nemo venit niſi tractus ⁊ q̄uo poſ
ſum venire niſi gratia xp̄i traxerit
me. Audi q̄d dicat Augꝰ. Si non
traheris ora vt traharis. Ora ergo
dominū cum ſponſa dicens Cant.
p̄. Trahe me poſt te. quaſi diceret
O dn̄e trahe me gratiā ⁊ miſericor
diā tuam inſpirando. mihi veram
cōtricōem meorū delictorum ⁊ ꝑfe
ctam cognicōem meorū peccatoꝝ
tribuendo. Secūdo trahit ꝑ flagella
tribulacōnis. Oſee. xi. In funicul'
adaꝫ traham te ⁊ in vinculis carita
tis. Funiculi adā ſunt tribulacōes
⁊ afflictiōes. fames. ſitis. labor. do
lor. frigꝰ. eſtꝰ infirmitas ⁊ hmōi.
iſti dicuntur funiculi adam: quia ꝑ
iſta flagellatꝰ fuit adam propter
peccata ſua ⁊ tractꝰ ad penitētiam
Dicuntur etiaꝫ vincula caritatis: q̄ꝛ
talia immittit dominꝰ ſuis ex cari
tate. Apoca. iij. Ego quos amo ar
guo ⁊ caſtigo. Ad hebre. xij. Queꝫ
deus diligit caſtigat. flagellat au
tem omnem filium quem recipit.
Augꝰ. Si exceptus es a paſſione
flagellorū. exceptus eris a numero
filioꝝ. Hoc modo traxit dominꝰ
beatum paulū quem cum ꝑcuſſiſ
ſet: reſpōdit. Domine quid me vis

facere. Exemplum de filio ꝓdigo
qui redire noluit ad pr̄eꝫ: ſed orta
fame neceſſitate compulſus venit
Luce. xv. Sic factū eſt de ioab qui
noluit venire ad abſalon donec mit
teret ſeruos ſuos ⁊ ſuccenderet eiꝰ
ſegetes. ij. Reguꝫ. xiiij. Sic adhuc
multi ſunt qui non curant ire ad
deum niſi tribulationes ⁊ infirmi
tates cogent eos. Pſal'. Multipli
cate ſunt infirmitates eorum poſt
ea accelerauerūt. Iteꝫ aliud exem
plum. Miles quidam egrotus ro
gauit quēdam ſanctum virum vt
oraret ꝓ eo vt ſanus fieret. Et que
ſiuit vir ſanctus vtrū deuotior eēt
in infirmitate: vel in ſanitate. Reſ
pondit in infirmitate frequētius
deum inuoco q̄m in ſanitate. tūc eīm
ſepe obliuiſcor eius. Reſpōdit vir
ſanctꝰ. orabo deum vt ſeruet te in
illo ſtatu in quo melior es. ⁊c. Ille
in infirmitate manens. penitenti
am egit: ⁊ vitam in bono finiuit.
Tercio trahit nos dominꝰ ꝑ dona
caritatis. Ihere. xxxi. Caritate ꝑpe
tua dilexi te: ideo attraxi te. Deus
dilexit nos ꝑpetua caritate: ⁊ hoc
oſtēdit ꝑ plura ⁊ diuerſa dona q̄
contulit nobis. Eccū. xvij. Dedit de
us homini omniū poteſtatem que
ſunt ſup terram. Vnde deus crea
turas cōdidit vt haberet: vnde ho
mini benefaceret. Hugo. O homo
reſpice vniuerſum mūdum ⁊ cōſi
dera ſi aliquid eſt q̄d tibi non ſer
uiat. Omnis natura omnis creatu
ra ad hūc finem curſum ſuum di
rigit: vt vtilitati tue deſeruiat. hoc
celuꝫ. hec terra. hoc mare. hic aer.

⁊ ōia que in eis ſunt.ſ.ſol.luna.
ſtelle ⁊ planete. ōia tibi famulā
tur. vide q̄ tum te amauit q̄ tantū
tibi dedit. Hec dona dilectōis me
rito debent nos trahere ad deum.
Quarto trahit domin9 p beneficia
paſſionis Jo.xij. Ego ſi exaltatus
fuero de tra.ſ.in cruce. ōi atrahā
ad me ⁊ oēm hoiem: q2 pro omni
homie ſuſtinuit paſſioēm ⁊ oīs
patus eſt recipe ⁊ ad ſe trahere q̄
voluīt. ſiue ſit paup. ſiue diues. ſi
ue ſanus. ſiue infirm9. ſiue iude9.
ſiue pagan9. Jdeo non in ciuitate
ſ3 in comuni campo crucifigi voluit
vt ōib9 cōmunis eſſet tanq̄ flos
campi q̄ ab ōib9 cōmunit̄ haberi
pt. vnde dicitur Ecclī.xxiiij. Tranſite
ad me oēs qui cōcupiſcitis me.
Et dicit oēs ⁊ nullū excipit. Certe
iſtud beneficiū paſſionis merito
nos trahere debet ad deū. Bern. O
q̄ gratuita dilectio ⁊ inaudita ca
ritas. rex glorie p deſpectiſſimo ver
miculo crucifigi voluit. Quis audi
uit vnq̄ talia ⁊ quis vidit ſimile.
vix enī3 quis p iuſto moritur. Jp
ſe autē p iniuſtis ⁊ inimicis mor
tuus eſt. Aug9 Vide homo qua di
lectōne dilexit te deus vt eius veſti
gia imitaris. p te pauper fact9 eſt
in mundo vt te ditaret in celo. p te
capt9 eſt vt te de captiuitate liberā
ret dyaboli. pro te ligat9 eſt: vt te
de flagellis eterne ire eriperet. pro
te iudicat9 eſt: vt te a iudicio eter
ne damnacōis eripet. pro te coro
nat9 eſt vt te coronaret in celis. p
te vulnerat9 eſt medicus: vt ſane
ris egrotus. p te crucifix9 ē tuas

cōcupiſcētias p hoc delendo. pro
te mortu9 eſt: vt te a mortuis ſuſci
taret. Rogemus.

De ſancto Matheo aplo.
Sermo.lxiiij

Surgēs ſecut9
eſt eū. Mat.ix. Notand9 q2
btūs mathe9 ſecutus eſt dn̄m q̄tu
or modis. quib9 ⁊ nos eū ſequi de
bemus.ſ. celeriter. cōuenienter. le
tanter. ⁊ pſeuerāter. Primo ſecu
tus eſt eū celeriter. qd patz in h°
q2 ſtatim ſurrexit ⁊ ſecut9 eſt eu3.
Eccī.v. Ne tardaueris cōuerti ad
dominū ⁊ ne differas de die in diē.
Debem9 autē accelerare ꝓpter tria.
Primo ꝓpter mortis acceleracōem
Eccī.xiiij. Memor eſto q2 mors nō
tardat. Bern. Certum eſt q2 mori
eris: ſ3 incertum q̄n vel vbi. vbiq3
mors te expectat. tu q3 ſi ſapiēs
fueris vbiq3 ea3 expectabis. Scdo
ꝓpter ianitoris expectacōem. Lu.
xiij. Cōtendite intrare ne.ſ.cum fa
tuis virginibus excludamini Qui
enī venerit qn̄ oſtium clauſu3 fu
erit. illi dicet̄ ſicut fatuis virginib9
Mat.xxv. Amē amen dico vobis:
neſcio vos. Tercio accelerare debe
mus ꝓpter amicabilē dei vocacōe3
Quia dicit. Mat.xi. Venite ad me
oīs qui laboratis ⁊ onerati eſtis
⁊ ego reficiā vos. Eccī.xxiiij. Veni
te ad me oīs qui cōcupiſcitis me
Certe ſi rex clamaret q2 oīes qui
ad eu3 venire vellēt, de auro q̄tum
cuiq3 habere vellent daret. oīs fe

ſtinaret· Sʒ rex celeſtis ꝓmittit ſe
ipm ad ſe venientibꝰ datuꝝ·ideo
merito accelerare debemꝰ· Scḋo ſe
cutꝰ eſt eum·b·matheꝰ ꝯueniēter·
qꝛ relictis ōibꝰ rebus tempalibꝰ
ſecutꝰ eſt paupeꝛ xp̄m·ſecutꝰ eſt ⁊
eū paup:qꝛ ſciebat ꝙ tempalia
ſūt onera impedimēta ad ſequēdū
xp̄m·vn̄ dicebat petrus Mat·xix·
Ecce nos re·om·⁊ ſe·ſu·te· Exēplū
de adoleſcente q̄ noluit bonis tem
poralibꝰ reſiſtere· Req̄·in ꝯuerſiōe
ſancti pauli· Tercio ſecutꝰ eſt euʒ
letanter· qḋ patʒ in hoc:qꝛ fecit ei
ꝯuiuiū magnū in domo ſua· Jta
⁊ nos letanter ⁊ libēter ſequi debe
mus dominuʒ·non coacte:qꝛ coa
cta ſeruitia non placēt deo· Pſal·
Seruite domīo in leticia ⁊ exultati
one ⁊c̄· Quarto ſecutꝰ eſt eum pſe
uerāter vſqꝫ ad finem vite ſue Ma
th·x·⁊·xxiiij· Qui pſeuerauerit vſ
qꝫ in finem hic ſaluꝰ erit· Remigi
us· Non inchoantibꝰ:ſed perſeue
rantibꝰ premiū tribuit· Judas
ſecutꝰ fuit cum matheo:ſʒ non per
ſeuerauit:ideo ſaluꝰ factꝰ non eſt
Btūs autem matheꝰ perſeuerauit
vſqꝫ ad mortis ꝑpeſſiōem. Nam
de vita ⁊ morte eius legitur ſic· Cū
in ethiopia predicarēt in ciuitate
Nadaber inueīt ibi duos magos
·ſ· Zaroen ⁊ Arphaxat qui hoīes
magica arte deludebāt:vt quoſcū
qꝫ vellent membrorū ſanitate pri
uare videbātur:⁊ faciebāt ſe pro
dijs adorari· Matheꝰ autem apo
ſtolus pᷣdictam ciuitatem ingreſ
ſus·apud eunuchuʒ candacis re
gine quem philippꝰ baptiſauerat
diaconꝰ

hoſpitatus.ita magorū maleficia
detegebat ꝙ q̄cquid illi hominibꝫ
in pniciem faciebāt·hoc ipſe ver
tit in ſalutē· Eunuchꝰ autē ſanctū
matheuʒ interrogāte quomō tot
linguas loqueretur ⁊ intelligeret.
expoſuit ei matheꝰ quomō ſpiritu
ſcō deſcendēte oīm linguaꝝ ſciam
accepiſſent·vt ſicut illi qui ꝑ ſuper
biam turrim vſqꝫ in celū edificare
volebant·pre ꝯfuſione linguaꝝ
ab edificō ceſſauerūt·ſic ⁊ apoſto
li ꝑ omniū linguarū ſcientiā tur
rim non ḋ lapidibꝰ:ſed de virtuti
bus ꝯſtruerent ꝑ quaʒ omnes q̄
crediderint in celū aſcendant Tūc
venit quidā dicens:magos cum
duobus draconibꝰ aduenisse qui
ignem ſulfureum ex ore ⁊ naribꝰ
euomentes cunctos homines occi
debāt· Apoſtolꝰ autē ſigno crucis
ſe muniēs ad eos ſecurus exiuit.
quē mox vt dracones viderūt.an
te pedes eius protinꝰ dormierūt:⁊
dixit magis· Vbi eſt ars veſtra.
Excitate eos ſi poteſtis:⁊ niſi ego
pro vobis dn̄m exoraſſem.ipi vos
iaʒ occidiſſent· Et p̄cepit draconi
bus in nomie domini vt abirent:
⁊ neminē lederent· Poſt hoc cepit
apoſtolꝰ de gloria paradiſi pᷣdica
re· Et ſubito regis egipti filiꝰ eufron
noīe mortuꝰ nūciatur· Quem cum
magi ſuſcitare nō poſſent.dixerūt
regi·ꝙ in deorum ꝯſortium raptꝰ
eſſet:⁊ ideo ſimulachrū ⁊ templū
ei ꝯſtruere deberet· Et aduocatus
apoſtolꝰ·ſtatim oratōne fuſa euʒ
ſuſcitauit·ꝓpter qḋ rex miſit ꝑ vni
uerſas ꝓuincias ſuas dicens Ve

pv

nitē ꝗ videte deū ī effigie hoīs la-
tentē. Et venerūt cum coronis ꝗ au-
ro volentes ei ſacrificare. Et reſpon-
dit matheꝰ Ego non ſum deꝰ: ſꝫ ſer-
uus dn̄i noſtri iheſu xp̄i. Obtule-
rūt ergo ei aurū ꝗ argentū de quibꝰ
magnā eccl'iam fabricauit in q̄ tri-
ginta tribꝰ annis ſedit ꝗ totā ethi-
opiā ꝯuertit. Rex vero egippꝰ cum
vxore ſua ꝗ tota familia baptiſatuſ
eſt: ꝗ epigeniā filiam regis ſacro
velamine virgine conſecrauit ꝗ plꝰ
q̄ ducentis virginibꝰ p̄fecit. Mortuo
egippo rege hyrtacus ſibi ſucceſ-
ſit. Qui ꝯcupiſcens epygeniā. p-
miſit apoſtolo dimidiū regnū: vt
faceret eam in ꝯiugiū ſibi ꝯſenti-
re. Cui apl's ait qꝫ die dn̄ica ad ec-
cleſiā iret ꝗ p̄nte epygenia cū cete-
ris virginibꝰ q̄ bona ſint iuſta ꝯ-
iugia audiret. Gauiſus ergo ad
eccl'iam venit Tūc cepit apoſtolꝰ de
ꝯiugio predicare ꝗ ipm multum
ꝯmēdabat ꝗ hoc regi optime pla-
cebat credenti qꝫ epigenie vellet p̄ſuadere
ꝯiugium. Deinde impato ſilentio
ſermōem repetijt dicens. Cum bo-
num ſit matrimoniū ſi ſaluo fede-
re teneaē. bene ſentitis aſtātes qꝫ
ſi regis ſponſā aliqs ſeruorū vſur-
pare p̄ſumeret non ſolū regis of-
fenſam: ſꝫ mortē inſimul mereret.
non qꝫ vxorem duxiſſe pbaret: ſꝫ
qꝫ ſponſam domini ſui accipiens.
eius matrimoniū violaſſe ꝯuin-
ceretur Ita ꝗ tu rex. ſciens epygeniā
eterni regis ſpōſam effectā. quō
poteris ſponſam potētioris te tolle-
re ꝗ tuo mr̄imonio copulaē. Quo
audito rex pre ira inſanēs receſſit

Beatus autē matheus virginem
in domino ꝯfortauit. Poſt miſſa-
rū autē ſolennia rex ſpiculatorem
miſit q̄ iuxta altaē apoſtolū ſtan-
tē miſſo a tergo gladio interfecit
Rex vero cum p matronas ad eā
directas. neqꝫ per magos potuit
epygeniam aliquatinꝰ immutaē
totam domū eiꝰ igne copioſo val-
lauit vt ipſā cū ceteris virginibꝰ
ꝯcremaret. Apoſtolꝰ autē eis ap-
parens omnē ignem de domo eꝰ
excuſſit. qui erūpens palacium re-
gis inuaſit. Et ſolo rege cum filio
vix euadēte cuncta ꝯſumpſit. Sta-
timqꝫ filiꝰ eiuſ arreptꝰ a demonio
patris crimina ꝯfitens ad ſepul-
chrū apoſtoli ꝯperauit. Pater ve-
ro turpiſſimꝰ leprōſus effectꝰ cum
curari non poſſet ꝓprio gladio ſe
interfecit. Populꝰ autem frēm epy-
genie ab apoſtolo baptiſatum re-
gem ꝯſtituit. qui p ānos. lxx. re-
gnauit: ꝗ filiū ſuum ſibi ſubſtitu-
ens xp̄ianū cultū magnifice am-
pliauit ꝗ totā ethiopie ꝓuinciam
eccleſijs xp̄i repleuit Zaroes aūt
ꝗ arphaxat ab ea die qua apl's
regis filiū ſuſcitauit in pſidem ꝯ-
fugerūt. Sꝫ ſymon ꝗ iudas ibidē
eos vicerūt. Rogemꝰ

## De ſācto Mauricio ꝗ ſocijs ſuis Sermo. lxv.

Beati qui pſe-
cucionem paciūtur ꝓpter
iuſticiam: quoniā ipſorum eſt re-
gnū celoꝝ. Mat. v. In verbis iſtis

facit dominꝰ ſuo. Primo hortatur
nos ad ſuſtinendū tribulacōnes
ibi. Beati qui pſecucōnem paciū
tur. Secūdo promittit ſuſtinētium
retribucōem ibi. Quoniā ipſorū
eſt regnū celorū. Circa primū no
ta ꝙ pſecucōnes ſuſtinere debemꝰ
ꝓpter multa. primo qꝛ p hoc a pe
na futura liberamur. Gregꝰ. Idcir
co dominꝰ q̄buſdā h parcit vt in
eternum feriat ideo hic ferit vt in
eternū parcat. Augꝰ. Hic vre hic
ſeca vt in eternū parcas. Exemplū
de diuite ⁊ laſaro. Luc. xvi. Secun
do per hoc peccatorem excecatū ad
ſui cognicōnem pducit. Gregoriꝰ
oculos quos culpa claudit pena
aperit. De iſtis duobꝰ require dn̄i
ca. vij. poſt trinitat. in ſermōe Ob
ſecro vos. Tercio p tribulacōem
⁊ pſecutiōem homo acquirit reg
num celorū Vnde in verbo ꝓpoſito
Beati qui pſecucōnem paciūtur.
⁊c. Actu. xiiij. Per multas tribula
tiones oportet nos intrare in regnū
celorū. Hoc modo beatus maurici
us ⁊ ſocij eius in regnū celorū in
trauerūt. vnde de eis ſic legitur. Dy
oclecianꝰ et maximianꝰ volentes
fidem penitus extirpare. miſerunt
nūcios ad omnes prouincias vt
ydolis immolarent xpiani autē
remiſerūt nūcios ſine honore Tūc
irati imperatores miſerunt litteras
vt omēs apti armis bellicis romā
venirent Tunc thebei cōgregati le
giōem miſerūt ad imperatores: vt
in bellis iuſtis imperatorem iuua
rent. cōtra xpianos autem nequa
ꝗ pugnarent. Mauriciꝰ autē erat

dux eorū. Cumqꝫ romam veniſſent
Dyoclecianꝰ aſſumpta legione cū
multis alijs cōtra gallias pceſſit.
Cum autē montes alpium tranſi
rent. precepit imperator vt omnes
ydolis immolarent Thebei hoc au
diētes octo miliaribꝰ ab exercitu
receſſerūt. Tūc imperator miſit eis
nuncios vt dijs immolarent aut
omēs decollarentur. Tunc omēs
vnus ante aliū feſtinauit ad mor
tem: ⁊ ſurgens mauriciꝰ ait. Con
gratulor vobis ꝙ omnes pro fide
mori parati eſtis. Si ergo vobis
placet tale reſpōſum remandemꝰ.
Milites ſumꝰ imperator tui ⁊ ad de
fenſionē reipublice arma ſuſcepi
mus: ſꝫ fidem xpi nullatenꝰ deſere
mus. Quo audito imperator iuſſit
mauriciū decollari Quo facto exu
periꝰ ſignifer vexillum arripiens
⁊ ſtans in medio ipſorum dixit.
Glorioſus dux noſter mauricius
de noſtro cū commilitonū gloria eſt
locutus. ne exuperius ſignifer no
ſter ideo hec arma arripuit: vt ta
libus reſiſtamus. proiciāt dexte
re vrē arma carnalia ⁊ armemur
virtutibꝰ. Et talia ſi placet remit
tamus ceſari. Milites imperator ſu
mus tui. ſerui autem xpi. tibi debe
mus miliciā. illi autem innocētiā
A te laboris ſtipēdium. ab ipo vi
te ſuſcepimꝰ exordiū. omnia pro
ſo tormēta ſuſcipe parati ſumꝰ: ⁊
ab eiꝰ fide nunꝗ diſcedemꝰ. Tunc
impius ceſar iuſſit ſuū exercitū. ſ.
totā legiōem circūdare. ita vt nō
vnꝰ euadere poſſet. Vallātur ergo
milites xpi a militibꝰ dyabolicis ne

phãdis manib⁹ trucidant. pedibꝫ
equoꝝ ↄculcãtur ⁊ xp̃o p̃cioſi mr̃
tires ↄſecrant. Dei tñ nutu plures
euaſerũt qui alibi fideꝫ xp̃i dilata
uerũt. Cum autẽ p̃dam diuiderent
⁊ inuicẽ epularent. ſenẽ quẽdam
Victorẽ noĩe ex caſu trãſeuntẽ ad
ↄuiuandũ inuitauit. Jlle autẽ req̃
rere cepit q̃uo int̃ tot occiſos epu
lari poſſent. audiuit a quodã ꝙ ꝓ
fide xp̃i occiſi eſſent. Tũc ille vehe
mẽter ſuſpirãs ait. Vtinã cũ il
lis occiſus fuiſſem. Cũ aũt percepiſ
ſent ꝙ xp̃ianꝰ eẽt mox eũ occiderẽt.
Paſſi ãt ſũt circa ãnos d. cc. lxxx.

De ſcõ michaele. F. lxvi.

OMnes ſũt ad
miniſtratorij ſp̃us i mini
ſteriũ miſſi ꝓpter eos q̃ capiũt he
reditatẽ ſalutis. Ad heb. p̃. Jn ver
bis ꝓpoſitis tangit ap̃ls miniſteri
um angeloꝝ q̃d nobis exhibent:
vt ſic ad eoꝝ laudem ꝓuocemur.
Sciendũ autẽ ꝙ angeli miniſtrãt
nobis multis mõis. Primo: ꝙ ab
inimicis nos cuſtodiũt ⁊ defendũt
.ſ. a demonib⁹ ꝙ tantũ nob̃ nocere
non pñt q̃tum vellẽt ſi pmitterẽt
vñ pſ̃. Angel̃ ſuis mãdauit de te
vt cuſtodiãt te in õmib⁹ vijs tuis
Bern. Cũ p̃ius ⁊ bon⁹ es dñe. qui
nõ es ↄtẽtus noſtrorũ fragilitate
muroꝝ: ſ; ipſis hoĩbus cuſtodijs
angeloꝝ cuſtodiã ſuppõis. Hac
cuſtodia angeloꝝ bñ indige⁹: ꝙ
multi ſũt inimici noſtri q̃ odioſe
inſidiant nobis in omni loco. Pſ̃
Reſpice inimicos meos: q̃m multi
plicati ſunt: ⁊ odio iniquo oderũt
me. Et ſicut aliquib⁹ ſanctis mon
ſtratũ eſt. freq̃nt̃ volãt circa nos
ſicut innumerabiles muſce ⁊ ſicut
radi⁹ ſolis minutiſſimis pulueri
bus plen⁹ eſt ſic aer malignis ſpi
ritib⁹ Bern. Si boni a nob̃ ſe elon
garẽt. imp̃ tũ malignoꝝ ſpirituũ
null⁹ ſuſtinẽ poſſet Jherom⁹. Non
eñ poſſet tuta eſſe õnis caro. niſi
cuſtodia angeloꝝ muniret. Jſtud
figuratũ eſt Thob. viij. vbi dicit̃
ꝙ angel⁹ ligauit demonẽ in deſer
to ne q̃d Thobie noceret. Hui⁹ eñ
religatio nihil eſt niſi p̃tãtis eius
refrenacõ. Et ꝙ angeli nos ab ini
micis noſtris cuſtodiũt. iõ meri
to nos eos honorare debem⁹ Scdõ
ꝙ angeli in peccãdo nos impediũt
ne homo tantũ peccet q̃tum deſide
rat. Hoc figuratũ eſt Numei. xxij
vbi dicit̃. Cum balaam iret: vt
malediceẽt populo iſrahelitico. ſte
tit angel⁹ contra eum euaginato
gladio dicens. Ego veni vt aduſa
rer tibi. Nã puerſa eſt via tua mi
hiq; ↄtraria ⁊ ſic impediuit illud
pctm̃ q̃d ↄceperat ⁊ non expleuit.
